

Yb

537





100, 5.

CONFESSIO AUGUSTANA

verè Augusta

Sive

Y b
537

ORATIO ECCLESIASTICO-
HISTORICA

*De effectu primam Augustanae Confessionis promul-
gationem consequente.*

Quâ declaratur, quo loco Confessio Augustana centum ab-
hinc annis ab ipsis Adversariis habita, a quibus approbata, recepta,
& totis regnis ac ditionibus commendata fuerit
& demandata.

*Accessit ad finem brevis dissertatio de anno, quo exercitium purio-
ris Religionis Freibergæ Hermundurorum Civibus permitti, &
Confessio Augustana primum in templis publicè
proponi cœpit.*

Ibidem in Panegyri Jubilæâ Anno Christiano cId
Die XXIX. Junii recitata.

ANDREA MO^{ab}
Philosop^l

TRP





Doctissimo & Præstantissimo Viro

Dn. M. ANDREÆ MOLLERO PEGAVIO,
Poetæ Cæsario, p.t. Conrectori Scholæ Freibergensis,
Amico meo dilecto.

S. P.

D*Præstantissime Vir, Amice dilecte: Orationem tuam
Jubileam, pro augustissimo Ecclesiarum nostrarum Sym-
bolo, Confessione Augustanâ habitam, pellegi: publicaq;
luce dignissimam deprehendi. Cumq; nihil obstare vi-
sinus illam typis excudi cures: Idcirco hortor, ut absq;
sacias. Vale, & salve in Domino. Dresdæ*

T. in Domino

D. Hoe;





VIRIS

Reverendâ dignitate, Amplitudine, doctrinâ politiore, virtutum copiâ, multoq; rerum usu excellentissimis & Clarissimis

Dn. M. ABRAHAMO GENSREFFIO Superintendenti:

Dn. DANIELI THORSCHMIEDO Medicinæ Doctori & Poliatro:

Dn. M. ALBINO ULMANNO Jurium Candidato & Senatori

Dn. ANTONIO RICHTZENHANO Consuli:

Dn. VVOLFANGO SIEGELIO Præfecturæ metallicæ Præsidi:

Dn. MICHAELI PRAGERO Prætori & Senatori

In celebri metropolitana Metallica Misnia Freibergâ dignissimis, meritissimis,

Fautoribus, Affinibus atque Amicis suis æviternum colendis $\omega\lambda\theta\upsilon\gamma\iota\phi\alpha\nu!$

Reverende, Amplissimi, Clarissimiq; Viri, insignis olim commendationis formula erat, si quis nomen auspiciatum nactus, id omine suo nobilitaret, & $\Phi\epsilon\rho\omega\nu\mu$ seu vir sui nominis verè dici posset, quomodo apud Theodore-

tum (a) $\mu\alpha\kappa\acute{\alpha}\epsilon\iota$ $\Phi\epsilon\rho\omega\nu\mu$ $\alpha\iota\eta\epsilon\upsilon\alpha\iota$ $\kappa\alpha\tau\alpha\delta\alpha\pi\omicron\iota\varsigma\kappa\omicron\sigma\mu\acute{\epsilon}\mu\mu\eta\omicron\varsigma\acute{\alpha}\gamma\alpha\theta\omicron\iota\varsigma$: (a) libr. 1. hist. Eccl.

& apud Ælium Lampridium (b) Severus Imperator: Aureolus item a (b) in Severo.

Gallo Antipatro (c), & Probus a Valeriano in Epistolâ ad Galienum (c) apud Trebell.

(d) Viri sui nominis vocantur. Nam veteres nomina consultò a primo (d) apud Vopiscu. Probo.

$\omicron\nu\omicron\mu\alpha\tau\acute{\epsilon}\gamma\omega$ rebus assignata fuisse autumabant, ideòque ea in summâ estimatione ponebant, & pro presagiis habebant futura vel prosperitatis vel adversitatis; velut Plato in Cratylo eam opinionem dilucidè expedit, & aliquam multis exemplis corroboravit: cui paribus tibiis superiori seculo accinuerunt Petrus Nannius (e), & Angelus Decem-

(e) libr. 7. miscell.



F) de politica literaria *brius* (f), viri ab ingenio acres & in veterum scriptis multum volutati:
 bre 7. Nec Romani quondam seorsum senserunt: Multa enim nominibus eos
 tribuisse, exinde liquet, quod in lustris publicis nomina victimas du-
 centium prospera legerunt (g), in delectu etiam ac censu primos nomi-
 narunt Salvios, Valerios, Statorios, & in lacubus elocandis lacum Lu-
 crinum (h): quin & urbium nomina immutarunt, si parum leta erant,
 atque auspiciatiora subrogarunt, sicut Livius (i) Pomponius Mela (k)
 Plinius (l) Festus (m) Procopius (n) & alii attestantur. Quamvis au-
 tem hanc sententiam nostram non faciamus, quoniam notationes ex
 nominibus deducte per se nil certi inferunt, ἅτε γὰρ ἀγαθὸν, ἅτε κακὸν
 καὶ ἐν ταῖς ἀνομιαῖς & περὶ τῶν ἀνομιῶν τῶν ὀνόματι περὶ ξέων
 quod Justinus habet (o): Interim si cui nomini effectus φερονύμως re-
 spondet, non certe insuper istud habendum & contemnendum esse ar-
 bitramur. Sæpè enim DEUS per appellationes & nomina aliquid in-
 nuit, quod nos primùm non capimus, nec rara sunt ejus rei exempla in
 historiis tam sacris quam profanis. Videamus modò Statuum Pro-
 testantium Confessionem Imperatori gloriosissimo Carolo V. & cete-
 ris Romani Imperii Proceribus ac Delegatis centum abhinc annis in
 Comitibus publicis exhibitam. Ea olim Augustana dicta fuit ab Au-
 gustà quidem Vindelicorum, ubi de scripto primùm recitabatur, ve-
 rum non διὰ τὴν & absq; omine, sed nomenclatione simul auspiciatissi-
 mà ac prorsus divinà, quam tum temporis a nemine intellexit am post-
 modum effectus consequens satis superq; demonstravit, aded ut jam
 non ob unam illam urbem sed in genere Confessio sui nominis, i.e. divi-
 na, conspicua, illustris, & hominibus cum veneratione passim grata &
 accepta jure merito vocari debeat: ita enim nobilissimus Barthius (p)
 vocem Augustus ab autoribus usurpari asserit; ego etiam nuperrimè
 in festivitate Jubileà nonnulla in eum sensum publicè peroravi, ubi si-
 mul planum feci, nomen istud cum Confessione Nostratum parissimè
 convenire, idq; probavi adductis Imperatorum, Regum, Principum,
 Cardinalium, Episcoporum, & aliorum virorum inter Pontificios au-
 toritate atq; doctrinà clarissimorum testimoniis & exemplis, qui par-
 sim ipsi facti sunt, dictam Confessionem esse planè augustam, nec ex
 Sacris

Plinius libr. 23. nat. stor. c. 2.
 Cicero libr. 1. de di- natione.
 estus in voce Lacus,
 decad. 1. lib. 9. & 10.
 libr. 2. de orbis situ
 libr. 3. nat. hist. c. 11.
 in voce Segesta & neventum.
 lib. 1. belli Gothici.
 Apolo. 2. pro Christ.
 22.

libr. 33. advoc. c. 2.

Sacris
 lem,
 mis,
 fidei
 Sca
 men
 dat
 qua
 mis
 pera
 rog
 Nos
 Etur
 ideò
 net
 inte
 Etur
 juv
 ste
 nos
 nur
 hab
 foll
 dec
 gel
 ter
 tim
 fun
 tion
 sed
 Co
 su
 Pro

Sacris Scripturis refutari posse, partim operam dederunt adutabi-
lem, ut indies augustior fieret, & in totis Imperiis ac regnis augustissi-
mis, multisq; ditionibus, dynastiis & urbibus liberis pro Symbolo aliquo
fidei reciperetur. Adeò verum est, quod Festus (q) & ex eo divinus (q) in voce Nomen.
Scaliger (r) nomen vult esse quasi novimen, quòd sit imago vel instru-
mentum quoddam, quo res melius & exactius cognoscatur. Nam ex
data notatione iudicium assumi, atq; multa ad obrussam exigiqueunt,
quæ contra Ecclesiarum nostrarum Confessionem afferuntur. Inpri-
mis sciri inde potest, quàm fallant & fallantur Pontificii, qui per nu-
peram urbis Augustanæ reformationem se Confessionem illi multum de-
rogasse, imò eam nomine suo penitus exuisse atq; privasse gloriantur:
Nostra enim Confessio quia non hominibus, nec uni alicui urbi, ut di-
ctum fuit, sed ipsi DEO nomen & auctoritatem suam acceptam refert,
ideòque divinis suis fundaminibus immota atq; augusta est & ma-
net, si vel maximè publicum ejus exercitium Augusta Vindelicorum
interdictum maneat: Veluti Nicenum Symbolum etiamnum invi-
ctum est, quamvis Nicea a Turcis dudum sit victa & expugnata. Nec
juvat Pontificios, quod regerunt, Confessionem eam non solum Augu-
stæ Vindelicorum, sed multis etiam aliis in locis deficere ac disperire, &
nos omni felicitate temporali destitui: Nam Ecclesia DEI nec loco, nec
numero, nec hujus seculi prosperitate estimari debet. Defectus enim
habet & ortus frequentes sicut luna (s), nec nobis in caruncula hujus
folliculo constitutis opis aliquid ad banc vitam sponsum est auxiliq;
decretum. (t). Imò quis nescit afflictionem conjunctam cum Evan-
gelio & ejus characterem esse (u), fortunas contra impiorum pollucibi-
ter florere? Certè antiquum istud Ecclesie fatum nostra Confessio sta-
tim ab initio est passa, ut totus mundus contra eam astuaret, eamq;
funditus extirpatam vellet. Ut verò Arnobio asserente (x) persecu-
tionis asperitas Ecclesie olim liberatio fuit, nec pœnam vexatio intulit,
sed ad lucem libertatis eduxit: Ita afflictio etiam uberiores fructum
Confessionem nostram prestat: Mansit enim augusta, quin & nomen
suum novis augmentis indies constantissimè vindicavit, adeò ut spes
Promachorum Papalium de excidio eius toties præcepta, nunquam

(q) in voce Nomen.

(r) de caus. L. L. c. 76

(s) Ambros. libr. 4.
Hexaem. c. 8.

(t) Arnob. lib. 1. adv
gentes p. m. 99.

(u) Chrysof. homi

(x) libr. 2. adverf.
tes p. 99.

votis suis responderet, sed semper decollaret. Id quod nos adhuc erigit, & animo liquido atque tranquillo esse jubet, jam presertim, ubi adversarii omnes balistas in Ecclesiam nostram & nos ipsos intendunt. Nempe sicut plantæ rigatæ magis crescunt, ita fides magis oppugnata, magis florere solet, ut Chrysostomus alicubi (y) testatur, & ego istud in proximâ Panegyri Jubilæâ, ubi ratione officii aliquid mihi dicendum erat, fusiùs deduxi.

Volui autem de nomine atque etymo Confessionis nostræ id temporis nonnihil afferre, tum quòd meæ professioni istud accommodissimum videbatur, tum etiam quòd Antagonistas nostros in hac materie non rarò occupari cernebam. Quoniam enim mirè sibi placent de nomine suo, quo Catholici vocantur, & inde Ecclesiæ suæ veritatem ac sanctitatem evincere conantur (z), quin & ad testimonium Divi Lutheri provocant (a), eumque fateri (b) clamitant, quòd sub Papatu vera Scriptura sacra, verus Baptismus, verum Sacramentum Altaris, vera claves ad remissiones peccatorum, verum predicandi officium, verus Catechismus, vera Christianitas, imò verus nucleus Christianitatis reperiat, quâ in re non attendunt, Lutherum de Ecclesiâ sub Papatu, non de ipso Papatu loqui: Quoniam verò, ut dixi, hæc & alia nostratibus sæpius obstrepunt, quin & notas Ecclesiæ veræ (at insulsissimè & falsissimè) faciunt nomen Catholicum, amplitudinem sive multitudinem credentium, & adversariorum Confessionem (c), per autem *χείρον* eadem tela in eos retorquere volui, ac juventuti literaria *ὡς ἐν παρόδῳ* monstrare, quàm vana sit illa de amplitudine Papatûs & angustia nostræ Ecclesiæ gloriatio, & quot nobis contra testimonia suppetant ab adversariis pro nostrâ Confessione dicta. Collegi autem omnia ex autoribus classicis, iis presertim, quorum fides in his rebus non cassa, sed satis explorata & firmata mihi videbatur. Hodiernos Jesuitas nil moror, qui pro more suo omnia suggillant, & testes producendos esse volunt, qui non domestici, i. e. nostræ partis, sed Pontificiæ religioni sint addicti. Nam quoniam ex indice expurgatorio clarum est, eos ex omnibus fermè scriptoribus Pontificiis illa delevisse, quæ testimonium veritatis nobis prabuerunt, quâ ergò fronte tales à nobis testes

de duobus marty-
us.

Bellarmin. tom. 2. di-
lib. 4. c. 4.
Idem ibid. cap. 16.
273.
in epistolâ de Ana-
tistis tom. 2, VVi-
fol. 279.

Bellarmin. tom. 2. di-
lib. 4. c. 4. 7. & 16.

testes flagitare possunt, quos ipsi intestabiles fecerunt? Sanè nisi
veritatem depressam vellent, vel aliam aliquam astutiam corde ma-
chinarerentur, non ita fluctus in simpulo excitarent, nec jure dicendi
testimonii eos multarent, qui in re prasenti autònta fuerunt & autò-
xooi, historias etiam suas de Confessione nostrà scripserunt, iis adhuc in
viviis, qui Comitibus Augustanis interfuerant: Neque enim legimus
fidem eorum olim ab ullo unquam eà in re fuisse culpam vel labefa-
ctam. Interim si singulos Confessionis Augustanae articulos per-
currere, & benignitate Auditorum, qui auriam obsequia totum ferè
biborium benevolè mihi commodabant, diutius abuti voluissem, in o-
mnibus articulis non paucos adhuc habuissem Pontificios, ex incendio
quasi extractos, quibus testimonium contra suos consecratos de-
nunciare, & ita Pontificios cum Pontificiis committere potuissem.
Verùm spaciis temporis iniquis exclusus in generalibus modò testes
meos edere & copiis nostris parcius uti volui. Qui specialiora deside-
rat, adire potest Excellentissimi Viri Luca Osiandri Papam non-Pa-
pam, & CL. Gerhardi Confessionem Catholicam novissimè publica-
tam, ubi non unum aut alterum, sed plures e Pontificiis audiet, qui vi-
veritatis impulsu testimonis ac suffragiis suis nostram Confessionem
statuunt & confirmant.

Meam verò Orationem offero vobis & addico, Excellentissimè
& Amplissimi Viri, tum quòd partim ipsi autores mihi fuistis & im-
pulsores, ut eam typis exscribendam curarem, partim etiam me libris
juvistis atque manuscriptis fide dignissimis, quò accuratius & ex vero
de singulis contestari possem. Nam oppidò essem ingratus, si ingra-
tam & irritam haberem tantam erga me favoris ac faventia indici-
nam, nec publico praconio & tabulis confessorii ad fama parietes af-
fixis eam iam simul depradicarem. Suscipite ergò serena fronte
quod voluistis, in quo me juvistis, & favorem vestrum porrò mihi be-
nignè spirate. Utinam autem insequentia tempora feliciùs flue-
rent, & seculum novum auspiciantibus aliquis e Suetonio (d) nobis ac-
clamaret, ἔσα πάντα καλῶς! Verùm non despero. Nam ut Psalter &
cum eo Buchananus (e) canit,

Non

(d) in Flavio Domi-
no e. 13.
(e) Psalm. 81

Non semper tumidis fervent vexata procellis
æqvora, nec gelidâ riget horrida terra pruina.
Jamdudum expecto, Dominus dum læta futuri
signa det arcano pulsans præcordia motu.
Et dabit haud dubiè positâ placabilis irâ
signa secunda: piis dabit omnia prospera, leges
qui patrias & sacra colent, errore relicto.
Ecce salus, ecce incultas bona copia terras
incolet, & læti renovatrix gloria secli.
En bonitas, en alma fides feret obvia gressus:
Terra fidem, cœlo terras Astræa relicto
Sancta colet: comes Astrææ bona copia cœlo
appluet, & lætos decorabit frugibus agros.
Et quacunque feret Dominus vestigia, gressus
antè ferent jus fâsqve suos: his, visqve dolusqve
deseret afflictas per tot jam secula terras.

Concludo in hoc bono omine, & DEUM precor, ut ipso facto spes nostras animet, & vos simul in nostra commoda conservet πολυένως καὶ πολυαίνως

exsortes nocui damni, exsortèsqve pericli.

*Valete Clarissimi Viri, & quod facitis, amare me perseverate
Dabam e Museo, postridie festum Michaelis, Anno quo SaCroSanCta
Confessionis AVGVstana IVbILLeVM ab ECCLESià peragebat Vr.*

Exim. Eruditioni & Virtutib. Vest.
addictissimus

*M. Andr. Moll. Pegavius,
Informatorii Freiberg
p. t. Conrector.*

2VIVIS



1730

VIVI LVtheranVs anImosè Deo IVbILet!



Vamvis omnes dies, Viri Reverendi, Amplif-
 simi, Clarissimi, Excellentissimi, Consultissimi, Præ-
 stantissimi, Humanissimi, Doctissimi, Fautores & Amici
 benevolentissimi, tūque literatæ Juventutis corona flo-
 ridissima, quamvis, inquam, omnes dies a summo illo ævi arbitro
 non ortum modò, sed ipsum etiam nomen & trahant, adeoque in
 gravi dono habendi, & suis momentis probè sint pensandi: ta-
 men nostri quondam Majores in certas eos digesserunt classes, &
 quosdam festos, quosdam profestos, quosdam intercisos voluerunt:
 festos iterum alios stativos, alios conceptivos, alios imperativos vo-
 carunt β, nonnullos etiam auspiciatos censuerunt & candidos, quos
 Thraces lapillis albis a funestis, atris & inominalibus diebus discer-
 nere solebant γ, eos videlicet, in quibus fortuna lætam iis alluxerat
 faculam, ac singulari aliquo bono res tam publicæ quàm privatæ
 erant affectæ.

α Varr. l. 4. de
L. Festus in v
Dies.

β Macrob. 1. Sa
turn. c. 16.

Scaliger l. 1. de
emendat. tem
cap de Diebus

Dresserus de f
diebus p. 2.

Fungerus in
molog. p. 296.

γ Sabellicus li
exempl. c. 1.

Agellius lib. 4
& lib. 5. c. 17.

Boëmus Auba
de morib. gen

lib. 3. c. 4.

δ Deuteron. 1
Exod. 20.

Levit. 16. 23. &
Numer. 29.

ε Homil 51. in

Non autem ab Ethnicis ea temporum divisio, sed ab ipso DEO
 primùm emanavit, qui suorum beneficiorum memoriam inter Is-
 raëlitas conservaturus, certos iis indixit dies, quibus convenirent, &
 pro acceptis meritis gratos se præstarent. Unde Moyses prolixus
 est in describendis azymaliis, atque reliquis Sabbatorum, Taberna-
 culorum, Hebdomadam, Expiationis & Tubarum solennitatibus δ.
 Nam volebat DEUS opera sua in orbe toto conclamitari, & omni-
 um ore ac sermone celebrari, in eum finem, ut memorem se qui-
 vis probaret & gratiam acceptam tùm mente contineret, tùm ore
 etiam, dignisque præconiis contestaretur. Nil enim, ut cum Chry-
 sostomo ε loquar, tam gratum DEO, ut anima grata & gratias agens:
 Ideoque etiam nil aliud a nobis exigit, quàm gratias pro his, quæ
 nobis facta sunt, ut pro illâ ipsâ gratiarum actione ad ampliora dan-

B

da pro- nes.

pes no
éws h
erate
sanct
at Vr.

avius,
eiberg

VIVIS



da provocetur. Quamobrem magnâ laude meritò evehendus est
piissimus Zelus Serenissimi & Potentissimi nostri Electoris, qui sa-
pientissimum legislatorem ipsum DEUM secutus, non ita pridem
certam nobis præscripsit normam, ac voluit, ut Jubilæum Eucha-
risticum in memoriam publicè exhibitæ & hætenus contra omnes
inferorum portas propugnatae confessionis Augustanae peragere-
mus, & DEO digna atque debita laudum sacrificia pio ore votisque
devotis & calidis litaremus. Si enim laudem suam promeriti sunt
Romani, quòd olim singulis centum annis Diis suis ludos seculares
institerunt, lectisternia curarunt, majoribus hostiis immolarunt
ac passis manibus illustres pro beneficiis acceptis gratias egerunt &
idque ex solo Sibyllæ consilio, vel quod Horatius *η* habet,
ut Sibyllini monuere versus:

Quantò majore dignus erit laude Heros ille Augustissimus, dum
Solennitatem secularem & Panegyricam instituendam atque cele-
brandam nobis demandavit, non ut pompis forsan & spectacu-
lis momentaneis, vel mactatione taurorum & victimarum DEO
commentitios deveneremur, sed imâ atque verâ cordis pietate
ut Prophetarum monuere jussa,

vero rerum omnium Autori & Sospitatori victimas labiorum no-
strorum immolaremus, & pro beneficiis in nos hætenus largissimè
collatis, in primis autem pro iis, quibus nos quâ revelando, quâ fo-
vendo ac conservando verbi sui lucem benignissimè muneratus
est, uberes illi & exultantes gratias publicè persolveremus.

Utinam verò mos priscus inter nos adhuc frequentaretur, qui Pa-
nathenaicis magnis apud Athenienses quondam solennissimus fu-
it, ubi peplum Minervæ consecratur, cui intexta erant non modò
DEORUM gesta, ut de Gigantomachia Proclus in Timæum Platonis
notat, sed Heroum quoque imagines & facta fortia *θ*, unde prover-
bium istud ortum habet, quo celebres viros *αξιους τε πειλους* etiam-
nū proclamamus, velut primùm fecit Aristophanes in Equitibus
Utinam, inquam, mos iste in nostram venisset ætatem, & quod
Ethnici suis Deastris, id Christiani honoribus æterni DEI detulif-
sent!

*Rosinus l. 5. Ant.
m. c. 21. & lib.
c. 15.*

in carm. secula-

*Virgilius in Ciri.
scali. & Taub-
nus ad eand.
thius libr. 10.
ersar. c. 12.
artus observ.
decad. 1. c. 6.
41.*

sent! Jam enim meritissimò tot in nos evibrata divinx potentix, sapientix ac clementix documenta peplo intexere, deinde constantiã & invictum animi robur fortissimorum Heroum, qui centum ab hinc annis Augustæ Vindelicorum augustissimam fidei nostræ Confessionem primi ediderunt, quin & laudatissimum institutum Illustrissimi nostri Electoris,

quem vis celsa animi diis Heroibus æquat, sacro illi velo subtexere, patriisqve templis religioso cultu donum facerrimum consecrare possemus! Sed quid necessum est me multas ambages frustra agere? Fata certè felicitatem eam nobis nequaquam inviderunt. Suppetit huic seculo pepulum & longe quidem præstantius eo, quod juxta Poetam

*Virgilium in
vi v. 22. & seqq.*

— Erichtheis olim portatur Athenis,
debita dum castæ solvuntur dona Minervæ
tardaque confecto redeunt quinquennia lustro:

Illud nimirum, cui Philosophorum Princeps Genealogias Ducum & numerum singularum navium Trojam profectarum succinctis

Epigrammatis infixit λ, & Dæmonium istud naturæ Poëatrumque

*Taubman in
rin p. 18.*

Pater Virgilius μ Messalam virum domi belliqve clarissimum in-

Piccart. observ.

scriptum voluit & senibus seclis memorandum. Huic peplo jam-

Hist. dec. i. c. 6.

dudum intexta scimus in nos coacervata divinx bonitatis insignia:

Martinius in

scimus eidem intextos Confessores illos cordatissimos, nostrum-

Philolog. p. 25

qve Semonem Serenissimum, ut adeò opus non sit ullâ conqvestio-

μ in Ciri v. 30

ne tempora nostra gravari, nec opus sit novo aliquo Phrygione,

& seqq.

qui telas toties expeditas denuò verset & percurrat; quamvis ut ve-

rum fatear, nec res ea cuivis in manu, sed ausi sit magni atqve ardui:

Multi enim qui montes hîc aureos polliciti sunt, vix plumbeos

præstiterunt, non absimiles hospitem, qui spem delicatissimorum

ciborum & vini generosissimi convivis faciunt, accumbentibus

autem nil quàm mucidum panem & Xenocratis caseolum, vappam

item, aut aquam turbidam apponunt. Multi inquam, nam non

stob. in Co

paucos etiam invenire est, quos diva Sais altiore quadam aurâ affla-

vit, qui in hâc materiâ vires suas felicissimè periclitati sunt:



Quod me attinet, meam rem ego rectè sapio & scio,
— — quid valeant humeri, quid ferre recusent.

Ideòq; ne frustra sim, & sacra ea illotis manibus collutulem, interim tamen officio meo satisfaciam, planius jam sublegi argumentum, quod loco huic & tempori æquè accommodū, forsan etiam auditu non erit ingratum. Quoniam enim Clarissimus Dn. Rector, Collega meus exoptatissimus, Confessionis Augustanæ articulos, qui nobis causa sunt & caput Jubili, metro acuto ac rotundo inclusit, auribusq; nostris modò instillare voluit, operæ pretium me facturum putavi, si serie interruptâ non nihil de consequente effectu proclamata & publicata Confessionis istius subjicerem. Nam si causa & causatum, ut Logicorum παιδες loquuntur, relata sunt, quæ se simul inferunt & ab invicem inferuntur, vel ut Aristoteles ξ in fit, *ὅσα ἀντιθέτῃ κατὰ τὴν τῶν εἶναι ἀκολούθησιν*, appositè, meâ quidem sententiâ, cum ipsâ Confessione effecta ejus subsequentiâ cōjungentur.

Dicam ergò, quo loco publicè prælecta Confessio Augustana ab ipsis Adversariis habita, a quibus approbata, recepta, ac totis ditionibus commendata fuerit & demandata. Inde Coronidis loco adjiciam, quando & per quos fax Evangelii nostratibus in hâc urbe primùm alluxerit, quomodo inveterati errores Pontificii e templis exclusi, Monachi excucallati, & omnia juxta normam sacrae scripturæ fuerint reformata. Quod dum facio, oro vos atqve obtestor, Auditores omnium ordinum dignissimi, ut quâ jam attentione aurium obsequia mihi commodare cœpistis, ejus ne tædium vobis obrepere patiamini. Equidem operam enixè daturus sum, ut ea afferam, quæ auditu jucunda, intellectu facilia, & non tam Oratorio quàm Historico dicendi genere ita sint condita, ne vos poeniteat, quòd aures vacivas & usuram horulæ mihi dicturo non denegaveritis.

Initium autem hujus Orationis non inscitè mihi capere posse videor a monitis istis aureolis, quæ Isidorus Junior Episcopus Hispalensis o inculcat, dum vult, ut in quâvis re notationem vocis primùm omnium attendamus; citiùs, ait, vim intelliges ejus rei, quam

cupis

ateg. c. 13. t. 5.

opere Etymol.
1. c. 13.

cupis introspicere, quando vides, unde ortum sit verbum. Certè si quis nomen Confessionis nostræ pensius æstimaverit, statim deprehendet ad institutum meum multum exinde adjumenti mihi afferri. Vocatur enim Augustana, ab Augustâ quidem Vindelicorum ubi primùm publicè fuit declamata, sed si notationem vocis inquiras, Festo ꝑ Augustus locus est sanctus, ab avium gestu, quasi ab avibus significatus, vel ab earum gustatu, quoniam optimum & felicissimum id Veteres putabant augurium, si aves pascerentur. Unde Dio ε πάντα τὰ ἐπιμειότερα καὶ τὰ ἱερότατα ἀνύσσει ἀγοραγορεύεται. Et Ennius apud Suetonium σ Romam conditam esse ait augusto augurio. Aliis τ augustus dicitur a græco ἀυγὴ quasi splendidus: Re-ctius tamen juxta Scaligerum υ ab augeo, velut ab ango fit angustum a corio corustum & crustum, a fide fidustum, quam vocem Festus autoratam reliquit. Statim ergo per etymon Augustana Confessio effectum suum consequentem nobis probat, & ex omnibus nominis innuit, se sanctitatis & splendoris sui radios augustissimos in totum mundum emisisse, & indices augmentis novis novas vires adeptam esse. Quod in mentem etiam fuit Georgio Mylio Theologo exquisitissimo. Unde primum ἰνοματὸς ἐστὶν Confessionis nostræ verissimo præfatio nomen suum imposuisse, & id ipsum reliquis etiam Symbolis in Ecclesiâ receptis obtigisse asserit φ. Velut enim Apostolicum nomen tulit ab Apostolis, quòd cum doctrinâ Apostolicâ in omnes terrarum angulos ad nos usque transmittendum erat, atque in summa autoritate ubique ponendum: Velut Nicenum διὰ τῆς πίστεως, & Athanasianum ab immortalitate denominatum fuit, quòd notaretur, illud quidem invicto robore omnes hæreticos devicturum, & palmam ex hostibus obtenturum; huic autem ab interitu nihil unquam fore periculi: Ita symbolum & Confessio nostra Augustana felicissimo ac divino planè augurio nomen augustum traxit ab autoritate sacro-sanctâ, fulgore & incrementis amplissimis, quibus caput indices altiùs elatura, & in orbe toto clarissimè micatura erat. Verùm ne quis vero me ab ludere dicat, rem ipsam putate mecum Auditores, & aures vestras paulisper in-

ꝑ in voce Augustus.

ε Rom. Histor. l. 5.

Vide etiam Ba-

thium libr. 33. ad

vers. c. 2.

σ in D. Octavio

Cæs. August. c. 7

τ Martin. in le

Philol. p. 94.

Corvin. in fon

latin.

υ in Varronem

φ in Epistolâ

Rigenses Explic

tioni Augustan

Confessionis p

missâ.



libr. 4. c. 14.
in commendatio-
ne Petri Galatini.
Spalatinus in hist.
Comitior. Augustan.
tom. Witteb. 9 Lu-
theri f. 413. & seq.
elneccer. in oratio-
ne de initiis, causis
progressu Confess.
August. fol. 42.
Georg Coelestinus in
istor. Comitior. Au-
gustanorum tom. 2. f.
7. & tom. 4. f. 134.
Myeræus in histor.
August. f. 85. & in Sa-
ntiâ l. 9. p. m. 142.
Mathes. in histor.
Lutheri conc 8. p. 79.
bus in Martyro-
tom. 2. l. 5. f. 534.
elneccerus in ora-
ne d. fol. 42.
Barthardus tom. 5. lo-
gic. theol. p. 1295.
Witelerus in Luthe-
risimo p. 403.
Lutherus tom. Wi-
teberg. 7. f. 467. &
colloquius mens. f.

ditionem meam dedite, faxim ex effectu primam dictæ Confes-
sionis promulgationem consequente planissimè intelligatis,
nomen ejus non fuisse fortuitum, sed quasi ex tripode profe-
ctum, & cum re tam consimile esse quàm potest. Nam si pro-
batio ea firma est, & minimè contradictioni obnoxia, quæ ex
dictis adversariorum elicitur, ut inquit Irenæus χ . Si etiam ad
probandam veritatem nihil testimonio Antagonistarum effi-
cacius, ut ait Georgius Benignus de Salviatis Archiepiscopus
Nasarenus ψ : Sanè nos in hanc rem palmam possidemus, qui
testimonia benè multa habemus ab ipsis adversariis, quibus ru-
tilans splendor Confessionis nostræ clausos feriit oculos, ut vel
inviti eam augustam ac sacram proclamare, & calculo suo com-
probare coacti fuerint. Produco primùm Doctores illos Papi-
sticos, quibus, ut ajunt ω , refutatio Confessionis hujus fuit de-
mandata, inter quos tum temporis celebratissimi erant Johan-
nes Faber Præpositus Budensis & post Episcopus Viennensis: Jo-
hannes Eccius Ordinarius Ingolstadiensis: Conradus Collinus
Prior apud Prædicatores Colonia: Conradus Wimpina Ordina-
rius Francofurtensis ad Oderam, qui propositiones de indulgen-
tiis pro Tetzelio contra Lutherum composuerat: Augustinus
Marius Episcopus Salonensis: Johannes Cochlæus, Georgii Du-
cis Saxonie Concionator, a patriâ Wendelstein pago ad Nori-
bergam sito ita dictus: Paulus Hugo Provincialis Carmelitarum:
Johannes Dittenbergerus Confluentiæ Prior Prædicatorum: &
Erater Medardus Regi Ferdinando a Concionibus, Ordinis Mi-
norum: Hi cum suis Symmystis stimulis conscientie adacti pa-
lâm fatebantur, scripturis sacris nostram Confessionem esse con-
sonam, & exinde refutari non posse α : Quam ob causam Alber-
tus Archiepiscopus & Elector Moguntinus dixisse fertur: Egre-
gios habemus defensores, qui ipsi confitentur nostram Religio-
nem, atque ea pro quibus nos tanquam pro aris & focis pugnare
volunt, non esse fundata in sacris literis β . Id ipsum autem mul-
tò ante etiam fassus erat Erasmus Roterodamus vir de omni lite-

ratur
 Mar
 patu
 resp
 mod
 illun
 Plan
 uniu
 Luth
 esse,
 gusta
 nus
 fam
 vit
 pro
 suit,
 arm
 futu
 tici,
 in i
 roli
 & J
 burg
 rum
 nag
 pun
 Era
 illu
 Ep
 Con
 testa
 mus
 cipu

ratur



raturâ præclarissimè meritis: Nam Colonia Legatis Apostolicis *γ Tom. 1. latin. Lu*
 Marino Caracciolo & Hieronymo Aleandro Papæ verbis Episco- *ther f. 333.*
 patum sibi promittentibus, si stylum contra Lutherum stringeret, *δ Melanchthon in*
 respondit, scripta Lutheri verbo divino adeo stabilita esse, ut nullo *prefat. tom 3. latin*
 modo labefactari queant: Major est Lutherus, inquit, quàm ut in *Lutheri præfixâ.*
 illum ego scribam: major est Lutherus, quàm ut a me intelligatur: *Schleidanus de sta*
 Planè Lutherus tantus est, ut plus erudiar & proficiam ex lectione *tu relig l. 1. fol. m. 2*
 unius pagellæ Lutheranae, quàm ex toto Thomâ *γ. Idem Erasmus & Melanchthon*
 Lutherum post Apostolos interpretem dexterrimum scripturarû *Lutherum libr. 1. 1*
 esse, non semel inter amicos affirmavit *δ*: & in ipsis Comitibus Au- *pistolæ 5. tom.*
 gustanis, quamvis eo tempore a Luthero alienior erat, nihilomi- *Celestini fol. 291.*
 nus ad Imperatorem Carolum datis literis apertè nostratum cau- *ζ Schleidan. de sta*
 sam de Conjugio Sacerdotum, de votis & utraqve specie proba- *rel. libr. 7 fol. m. 10*
 vit *ε*: ad Cardinalem Laurentium Campegium etiam scripsit, & *Celestin. in histo*
 productis rationibus septendecim mentem suam plenius expo- *comit. August. tom*
 suit, quare non consultû videatur, Cæsari hoc consilii dare, ut vi & *3. f. 29.*
 armis Lutheranos opprimat, potius ex re totius imperii Romani *Chrytraus in Sax*
 futurum existimans, si ut Hussitæ in Bohemiâ, & alibi alii dogma- *nia libr. 9. p. m. 14*
 tici, ita Lutherani in Germaniâ tolerarentur *ζ*: Cujus sententiæ *η Spalatinus in h*
 in iisdem Comitibus succedanei fuerunt Confessionarius Ca- *comit. August. to*
 roli Imperatoris Monachus Hispanicus Ordinis Nudipedalium, *Witeb. 9. Luther*
 & Johannes Mensingæus Theologiæ Doctor, Electori Brande- *fol. 414. 5 418.*
 burgico a Concionibus, multiqve alii Principum & Episcopo- *θ in Epistola ad*
 rum consilarii, quos propterea reliqui Pontificis emissarii e Sy- *banum Abbatem*
 nagogis suis maturè protelarunt *η*. Sed audite etiam Episco- *Insulae barbara.*
 pum Augustanum Christophorum a Stadion Virum, ut cum *ι Justus Jonas in*
 Erasmo Roterodamo *θ* loquar, non solum imaginibus navalium *pistolâ ad Luth*
 illustrissimum, verum etiam eruditione exactâ, cæterisque *to. 2. Celestini f. 2*
 Episcopo dignis virtutibus ornatissimum: Hic quum nostram *Selneccerus in or*
 Confessionem auribus imbibisset, dixit ad suos: illa quæ a Pro- *de August. conf*
 testantibus recitata sunt, vera sunt, sunt pura veritas, non possu- *43.*
 mus istud inficiari: Publicè etiam in confesso illustri Prin- *Gerhard. tom. 5*
 cipum & Episcoporum omnes tanquam Dioecesarius monuit, *sbeol. p. 1295.*
 ut ac-



Rabus in Mar-
tyrol. tom. 2 f. 535.
Celestinus in hist.
tom. August. tom.
f. 25.
Melanchthon
ad Lutherum libr.
Epistolarum &
tom. 2. Celestini
pl. 252.
Selneccerus in
ration. de Au-
gust. conf. f. 42.
Spalatinus tomo
Vitteberg. 9. Lu-
ther. f. 414.
Iustus Jonas in
epistol. ad Luth.
tom. 2. Celestini
f. 205.
Melanchthon
Vitum Theo-
logum libr. 3. Epi-
stolar. p. 262.
Lutherus tom.
7. fol. 467.

ut attentè circumspicerent, ne quid verbo divino contrarium, & ab æquo justoque discrepans in causâ religionis definirent atque statuerent: Nimis enim verum & manifestum omnibus esse, quod Lutheranae sententiæ addicti nullum Christianæ fidei Articulum hætenus assertionibus & Disputationibus suis oppugnare vel evertere conati essent κ . Admonitionem insuper Lutheri ad Ecclesiastici Ordinis congregatos Augustam Vindelicorum transmissam in Senatu Principum nihil dissimulans publicè legit, ac Protestantes constantissimè propugnavit λ . Sic eosdem Hermanus a Wida Archiepiscopus Coloniensis fideli patrociniò juvit, & Joachimo Brandenburgico de Lutheranis penitus extirpandis multa locuto liberè respondit: Se contra apertum DEI verbum nec velle nec debere vel minimum quicquam tentare μ . Reliqui autem Episcopi & Cardinales affirmarunt quidem causam Protestantium justam & doctrinam eorum veram esse, verùm id malè eos habuit, quòd ejusmodi mutatio doctrinæ ac rituum originem & incunabula e loco Saxoniae obscuro traxerit, & tam paucorum arbitrio fuerit suscepta ν . Ut nominatim aliquem appellem, prodeat Primas ille & tum temporis choragus fermè Episcoporum omnium Matthæus Langius Archiepiscopus & Cardinalis Salisburgensis; Hic in colloquio quodam ait: se velle ut missa reformaretur, atque libertas in cibus aliisque traditionibus permitteretur, sed non ferendum esse, ut Monachus fiat reformator & pacem turbet ξ . Ad eundem ferè modum Pontificius Legatus Cardinalis Campegius non negavit se probare posse & admittere dogmata Lutherana, sed plus esse mali, dixit, in exemplo quàm morbo ipso; verendum enim ne reliqua etiam regna & populi hoc quasi præjudicio factò idem agerent \omicron . Nonne clara satis sunt hæc testimonia, & Confessionem nostram verè augustam, id est, sanctam, venerabilem, probandam, & ex ipsis sacrae scripturae tabulis desumptam esse palàm evincunt? Verum mittamus infulatos & purpuratos Patres, & e Principibus dignitatum & muniõrum profanorum nonnullos etiam audiamus: Nam plures horum in Lutherum ejusque in

Con-
 præ-
 bis
 cen-
 fassu-
 jugi-
 not-
 eni-
 riur-
 mag-
 quã-
 illa-
 ret,
 pos-
 con-
 fun-
 Pot-
 Au-
 nos-
 test-
 die-
 Pri-
 ver-
 run-
 per-
 per-
 the-
 lan-
 inc-
 lun-
 pro-
 Cæ-
 lip-



Confessione consecratos benignâ voluntate fuerunt, nostræ
 præsertim doctrinæ se benè cupere, in Comitibus Augustanis ver-
 bis factisque sæpius demonstrarunt. Henricus Dux Brunsvi-
 censis Philippum Melanchthonem ad convivium invitans palam
 fassus est, se non posse inficiari Articulos de utrâque specie, con-
 jugio sacerdotum, & indifferentiâ ciborum ω . Inprimis autem *in Selneccerus in*
 notatu dignissima sunt verba Wilhelmi Ducis Bavarix; Hic *orat. de August.*
 enim a lectione Confessionis nostræ domum rediens in diverso- *Confes. f. 43.*
 rium, cum Johanne Eccio exostulavit & dixit: Longe alia &
 magis horrenda mihi de doctrinâ Lutheri narrata sunt hætenus,
 quàm ipse audivi, & tu quidem mihi præclaram spem fecisti, posse
 illam doctrinam facilè refutari: Quum verò Eccius responde-
 ret, Patrum quidem scriptis Protestantium Confessionem elui
 posse, minimè verò ex Scripturâ Sacrà, avertit se Wilhelmus, &
 commoto animo, ergò quantum audio, ait, Lutherani sedem ac
 fundamenta suæ doctrinæ habent in Scripturis Sacris, nos verò *Spalatinus in*
 Pontificii extra eas ρ ? Ecquid placet vobis isthæc contestatio *histor. Comit.*
 Auditores? annon in sensus vestros influit effectus Confessionis *Aug. tom. Wit. 9.*
 nostræ, quæ Celsissimum illum Ducem eò movit, ut illustrissimo *Luther. f. 415.*
 testimonio nos sublevaret? Certè Eccius propterea ad Ingolsta- *Gerhardus tom 5.*
 dienses scripsit, & privatim eà de re conquestus fuit, simulque *loc. theol. p. 1295.*
 Principes & sex Episcopos de Lutheranismò accusavit σ . Quis *Selneccerus in*
 verò malitiam & calumnias detestandas quorundam Papicola- *orat. de A. C. fol.*
 rum non execretur, qui Magnatibus, quin ipsi etiam Imperatori *42.*
 persuaserant, Lutheranos omnia jura divina & humana funditus
 pervertere, ipsosque cælos Gigantèo more oppugnare? Lu-
 therus τ de Doctore quodam ex Gallis misso meminuit, quòd pa- *in præfatione*
 lam ille affirmârit, Regi suo certo certius persuasum esse, nullam *articulorum*
 inter Lutheranos æstimari Ecclesiam, nullum Magistratum, nul- *Schmalcaldicorum.*
 lum Conjugium, sed premiscuè omnes pecudum more vivere
 pro arbitrio. Ita etiam Alphonsus Valdesius Hispanus intimus
 Cæsaris Secretarius præfente Cornelio Sceppero J. U. D. ad Phi-
 lippum Melanchthonem dixit; Hispanos planè credere, Luthera-

C

nos

nos de DEI essentiâ, tribus in Divinitate Personis, ac Mariâ Virgine Christi; Matre parùm piè sentire, Sacramenta corrumpere, Cœnam Dominicam profani convivii more administrare, Magistratum contemnere & libidines stabilire, ita ut existiment, rem & cultum gratissimum se DEO præstare, si quem Lutheranorum e medio tollant. An unquam cuiquam contumeliosius audivistis factam injuriam, quàm hæc fuit divo Luthero, ejusq; in fide sociis? Sed ut immortalis est veritas, sic fictio & mendacium non durant, simulata illicò patefcunt, & operosè licet impressus fucus sudore diluitur, ut verbis utar Francisci Petrarchæ & clarissimæ memoriæ Philologi. Etenim quum Confessio fidei nostræ recitaretur, pars adversa satis intellexit, longè alia de doctrinâ nostra a concionatoribus, imò calumniatoribus illis & susurrionibus suis fuisse Principibus relata. Multi ex iis apertè confessi sunt ipsissimum DEI verbum & veritatem esse doctrinâ nostram, nec sacrarum literarû fundamentis refelli posse. Ipsemet Imperat. Carolus V. optavit ut per totum orbem ita doceretur; dixit etiam, quum constantiam Principum Protestantium videret, necesse est Confessionem Lutheranorum plus veritatis & roboris habere, quàm vulgo creditur: & Landgravium Hassiæ in colloquio quodam privato allocutus inter cætera ait: Eum laborasse suspitione erroris Cingliani, sed jam oblatâ Confessione facilè excusari, quòd ea cum Scripturâ plurimum conveniat, & tantum de externis quibusdam rebus sint dissensiones. Quamvis verò finitis Comitibus Augustanis atrocissimo decreto doctrinam nostram prægravârit, & eam toto imperio exesse jussit, scimus tamen id decretum a Pontificiis fuisse extortum, quia & compilatum. Idem enim evenit optimo huic Imperatori, loquor cum B. Luthero, quod omnibus bonis Principibus contingere solet. Nam si quis paulò moderatior est in imperio, plerunqve pessimi & sceleratissimi quique ad officia evehuntur, & in Rempubl. irrepunt, ac facilitate Principis abutentes prætextu ejus suas cupiditates exercent. Cinctus erat Carolus Quintus undiqve hominibus ex omnium

Tom. Wit. 9.

Luth. f. 410.

Celestinus in hist.

Com. Aug. t. 1. f.

193.

Phil. 1. cap. de vi-
et à solitaria.

Luth. tom. W.

f. 470. & in col-

loq. mens. f. 371.

Hoe in Thau-

masfrandro conc. 5.

p. 102.

Gerhard. loc. 8b.

p. 5. p. 1295.

Marbesius in

hist. Luth. conc. 8.

p. 82.

Selneccerus in o-

ration. de A. C. f. 51.

Celestinus in de-

dicat. tom. 3.

Selneccerus in

ration. de A. C.

p. 51.

tomo 7. f. 470.

omnium scelerum colluvione natis & cruore Germanorum plane ebriis. Ego, inquit Lutherus, doctior sum Cæsare, experientiam etiam rerum majorem habeo: Et tamen si cum ingeniis conflictarer ejusmodi, ac quotidie cum his conversans solùm audirem illorum sceleratas voces, nec veras ullas admonitiones aut subjectiones: Equidem valde metuo, ne me etiam perderet bonitas mea, & in multis moverer ac seducerer. Interim animus Cæsaris satis eluxit erga nostrates in ipsissimis etiam minis. *in Epistola ad Unde Philippus testatur & nihil mitius aulam Cæsariam habere, Lutherum l. 3. quàm ipsum Cæsarem. Et Justus Jonas in Epistolâ ad Lutherum Epist. p. 143. § 10. describit: Omnia signa in Carolo inesse videntur liberalis, generosi & verè regii ingenii, ac præcipuæ alicujus ac innatæ humanitatis. Audivi a quodam magno viro, qui ipse unâ fuit in consessu & in consiliis; quoties aliquid vehementius aut durius dicit Ferdinandus, solere Cæsarem eum reprehendere, indicando, Reges decere moderationem & clementiam, & se abhorrere a consiliis præcipitatis, quia iracundiæ affectus pessimus sit consultor. Cum primis autem memorabile est, quod dixisse eum ferunt ad Capitaneos nonnullos in ipsis Comitibus. Nam quum Pontificiorum Antesignani copiis Cæsariis inter cætera militaria Sacramenta etiam hoc imponerent, ut Lutheri dogmata ejurarent, & Capitanei de disciplinâ solliciti, Cæsarem rogarent, ut impediret istud juramentum, ne prætextu Lutheranismi cædes multæ perpetrarentur, statim annuit Cæsar his additis verbis indignabundis: si Sacerdotes Pontificii suum facerent officium, non opus esset Luthero Magistro &. Sic quum Elector Brandenburgicus in fine decreti, quod recitabat, mirâ pompâ & strepitu verborum subiceret, Cæsarem, Principes, reliquosque Ordines ita convenisse, & jam datâ fide promississe, se fortunas omnes & sanguinem atque vitam ipsam collaturos, ut negotio Religionis finem imponerent, iterum se exerebat Cæsaris animus, qui quidem Oratorem istum expressè mendacii non arguebat, hoc tamen dicebat, plus æquo dictum fuisse, aut acrius saltem illa prolata &. Imò postea*

insuper habitis omnibus decretis & edictis in publicum contra nos emissis Svvinfurti ad Mœnum flumen per Noguntinum & Palatinum Protestantibus ipsemet pacem obtulit, his conditionibus, ut intra fines Augustanæ Confessionis sese contineant, cumque Cinglianis & Anabaptistis nihil cōmune habeant, quam pacem etiam postmodum Noribergæ sancivit, & ne Religionis cau-

x. Schleidanus l. 8. sâ cuiquam ulla molestia crearetur, edixit x. Ante omnia verò de statu Relig. fol. 126. & 129.

Matbesius in Hist. Luth. conc. g. f. 79.

libr. 21. Histor. p. 402.

Vide etiam Cbyrai Orationem de Carolo V.

quid e recitatione Augustanæ Confessionis cordi suo infixit, & post de Religione nostrâ senserit, planissimum est ex iis, quæ in obitu conjugis Isabellæ, & post abdicationem Imperii fecisse eum scimus. Ibi enim Monachos de meritis sanctorum multa garrientes extrusit, & filii sui Informatorem de Christo loqui, atque consolari agonizantem iussit. Hic autem quomodo se gesserit audiamus ex Thuano Historico Pontificio, qui hæc habet: Nul-
lâ re Carolus Imperator animi magnitudinem magis ostendit, quàm vitæ clausulâ, quâ vir alios vincere assuetus seipsum vicit, vitæque tot casibus obnoxia, jam potiorem mente agitans, antequam moreretur, renunciavit, & qui Reipubl. vixerat, sibi ac DEO cœpit vivere. Itaque toto biennio quod mortem præcessit, in Hieronymianorum fratrum sodalicio, monitore usus Constantino quodam, qui ei a sacris Confessionibus erat, præcipuè B. Bernardi lectione se solabatur, & toto pectore in DEUM revolutus, sic ratiocinabatur, se quidem indignū esse, quī propriis meritis regnum cœlorū obtineret, sed Dominum DEUM suum, qui illud duplici jure obtineat, & Patris hereditate, & Passionis merito, altero contentum esse, alterum sibi donare, ex cujus dono illud sibi meritò vindicet, hæcque fiducia fretus minimè confundatur: neque enim oleum misericordiae nisi in vase fiducia poni; hanc hominis fiduciam esse a se deficientis, & innitentis Domino suo, alioqui propriis meritis fidere, non fidei sed perfidiæ esse, peccata remitti per DEI indulgentiam, ideòque credere nos debere, peccata deleri non posse, nisi ab eo cui soli peccavimus, & in quem peccatum non cadit, per quem solum nobis peccata condonan-

tur:

nicare, quum ad hanc rem summoperè faciant? ita autem se habent latinè ad verbum versæ:

Ferdinandus DEI gratiâ Romanorum itémque Ungariæ ac Bohemiæ Rex nostro ac S. R. Imperii fideli Martino Lutbero SS. Theolog. Professori Witeberga.

Quamquam, Vir honeste, fidelis atque devote, antehac quum in juventute nostra in Germaniam veniremus, & Principalem, mox etiam, Divinâ clementiâ sic disponente, Regiam capefferemus gubernationem, scripta, quæ isthoc & proximè insequenti tempore edebas, doctrinâque tua minimè nobis probarentur, sed potius Concionatorum ac Confessionariorum quorundam nostrorum assertione persuasi, isthac ceu hæretica perversâque, ac Romanæ Ecclesiæ decretis statutisque adversa minimèque congrua damnaremus, non supersedimus tamen, per annos duos proximos abhinc libellis quibusdam tuis, præsertim verò expositionibus Psalmorum, eorum maximè, qui de Regio ac Principali regimine tractant, legendis, tantum, quantum cæteris nostris gravissimis negotiis succidere licuit, temporis impendere. Cui insuper accessit, quòd non ita pridem unus ex Confessionariis nostris Ordinis Nudipedalium, quem ex Hispaniis nobiscum adduximus, fatis piè defunctus, paulò ante obitum suum nobis ad se vocatis, confessus est, quomodo nos huc usque seduxerit, neque veram ad æternam salutem viam ostenderit, orans & obsecrans, ut noxam hanc ipsi clementer condonaremus, atque deinceps unâ cum regnis nostris, principatibus & provinciis salvificam sancti Evangelii doctrinam, quod per te fideliter doceatur atque in lucem proferatur, absque morâ recipiamus, nec non charissimo Domino nostro ac Fratri Romanorum Cæsari ducem nos atque autorem, idem ut Majestas ipsius faciat, præbeamus, hoc enim pacto tantò latius sese atque lubentius huic seculo valedicturum. Præterea cognovimus quoque e Consiliariis nostris, Regni que nostri fidelibus, Generosis atque Nobilissimis, Johanne Offlingio Cancellario Bohemico, & Andrea Ungnadt, utrisque

Baro-

Baronibus, qui præcedenti autumno Torgæ concioni tuæ interfu-
erunt, & tecum coram collocuti, quòd tum temporis di-
gnum Christiano homine sermonem habueris, præsertim de
bonis operibus, factò inter hæc discrimine satis bono, nec non
quà cætera doctrinæ tuæ, & quibus ea nitatur argumentis, scitam
illis rationem reddideris. Hisce igitur & aliis de causis professio-
ni Christianæ convenientibus, maximè verò quòd Papam &
Clerum ejus, quorum ordinem, doctrinam, & vitam, quantum
nonnihil e scriptis tuis cognovimus multis modis graviter taxas,
adeo pusillanimes, & (quòd omninò fatendum) imparatos, fir-
mâque defensione destitutos deprehendimus, animus noster,
quo ante in te fuimus satis infenso, clementior nunc erga te
factus, atque (pro quo æternas Deo gratias agimus) eò nunc
conversus, ut jam doctrinam tuam, dum modò scripturis Bibli-
cis atque divinis constanter inhæreas, neque seditiosi quid, aut
quòd contra Christum sit eidem admisceas, bene ferre & to-
lerare queamus. Siquidem nunc demum, (proh dolor) satis
deprehendimus, Papam ejusque asseclas suo tantum commo-
do studuisse, & siliquas nobis pro frugibus distribuisse & vendita-
se. Quamobrem animum induximus, hujus & aliorum quo-
rundam permagni momenti negotiorum causâ, paucos intra
dies ad præmemoratum Cæsariam Majestatem Dominum Fra-
tremque nostrum longè dilectissimum, legationem insignem,
quæ sanctæ Evangelicæ doctrinæ bene faveat, in Hispaniam
mittere, atque cum istâ de rebus hisce, pro prædicti Confessio-
narii nostri piæ memoriæ narratione, precibusque & propriâ
nostrâ ex libris tuis haustâ istarum notitiâ, diligenter agere, se-
dulâque cohortatione conniti, quò Majestatem ipsius, ita ut
minime dubitamus, in eandem adducamus nobiscum senten-
tiam. Sin vero a Majestate ejus id impetrare haud licuerit, de-
crevimus nihilominus tanquam Romanorum Rex (parum
morantes illud quòd Papa meditatur concilium) Comitia
Imperii universalia opportuno quòdam in loco conscribere,
ac cum

ac cum Ordinibus Civitatibusque, te atque aliis sacrarum literarum peritis in consilium adhibitis, eniti, quò fidei ac Religionis Articuli ad normam divinæ veritatis in unanimum denuò redigantur consonantiam. Hæc per clementi animo scire te volumus, quò interim in veritate tantò strenuè magis operari cœptaque perficere pergas. Dabantur in oppido nostro Oeniponte, primo Februar. Anno 1537.

Hæc sunt ipsa Divi Ferdinandi tum temporis Romani Regis verba ad nostrum Lutherum scripta, quæ ut spero auditu Vobis fuerunt jucundissima. Ego certè Epistolam hanc auro contra caram æstimo, quoniam tantum Confessioni nostræ præbet testimonium, ut clarius a tali viro ne sperare quidem potuissemus. Causam autem, cur in effectum non deducta fuerint ea, quæ inibi promittit, facilè quivis subodorari valet, cui Clericorum artes & fraudes erga Imperatores Romanos sunt notæ. Retinuit certè Ferdinandus postea non modò animum de nostris bene merendi, quod vel sola Passaviensis transactio affatim testatum fecit, sed in suo cœpto permansit etiam ad ipsam usque mortem, & omnem movit lapidem, ut dissidia in Religione amicè componerentur, ac manifesti abusus, qui in Ecclesiam Catholicam irreperunt, expurgarentur, & e medio tollerentur. Cujus rei probandæ documento esse possunt literæ ejus binæ, quibus paulò ante obitum suum Georgium Cassandrum Theol. Doct. qui Duisburgi tunc agebat, Viennam evocavit, ut operâ ejus in instituto reconciliationis opere uteretur: Unde postmodum ab eodem Cassandro Consultatio prodiit de Articulis Religionis inter Catholicos & Protestantibus controversis. Quin & documento esse potest, quòd metallicis in valle Joachimicâ doctrinam Lutheranam suâ sponte professis non succensuit, sed liberum Religionis purioris exercitium concessit. Sicut etiam triduo ante mortem subditis suis in Austriâ idem beneficium clementissimè indulgit, & liberum usum integræ Cœnæ Dominicæ juxta Christi institutionem in Confessione Augustanâ allegatam, per Episcopum

Osiander in Pa-

a non-Papa.

buanus l. 36.

list. p. 672.

Selneccerus in

rat. de A. C. f. 52.

erhardus tom. 5.

cor. theol. p. 1296.

esler in Luthe-

ranismo p. 403.

pum Gurcensem Viennæ in templo Stephani publicâ proclama- *ω Selneccerus in*
 tione intimari voluit *π.* Adde quod jam fermè moribundus *orat. de A. C. f. 52.*
 nostra dogmata verbis exfertissimis probavit, & dixit: Luthera- *Goldastus 2 parte*
 nos retinere verbum DEI atque rectè sentire de sacramentis, nec *constitut. Impe-*
 habere dubias opiniones, quales sectæ Anabaptisticae & Calvi- *rial. p. 287.*
 nianæ habent, sed vallatos esse testimoniis scripturæ, quæ unica
 est ratio & via victoriam coram DEO & hominibus tandem obti-
 nendi. Hæc D. Johannes Nævius Augusti Electoris Archiater ex
 ore Ferdinandi, a quo ad curam morbi Dresdâ accersitus erat, ipse-
 met audivit, & cum aliis nonnullis piis & sapientibus ejus dictis,
 quibus ante superatum agonem præsentibus compellaverat, anno-
 tata nobis reliquit *ϑ*, ut adeò nemo dubitare queat de animo Fer- *ϑ Selneccerus in o-*
 dinandi Imperatoris erga religionem nostram propensissimo. *rat. de A. C. f. 52.*
 Utinam autem piissimum ejus propositum non toties suppres- *Gerhardus tom. 5.*
 sum fuisset a conjuratis Papæ vexillariis, qui de Imperatorum *loc. theol. p. 1296.*
 Majestate libenter ludum ac jocum faciunt, & id unum student, *Zeemanus in*
 ut cursum Evangelii in primis carceribus sistant, & sua commoda *carnificina Esa-*
 ex aliorum incommodis comparent! Privatâ convectione de- *vitica p. 727.*
 flevit id Imperator Maximilianus II. Ferdinandi Filius, ideòque
 aliquando ad augustissimum nostrum Augustum Electorem piæ
 memoriæ dixit: Frater tuæ ego sum fidei & doctrinæ, sed age quæ-
 so viam ostende extricandi me ex labyrinthis, quibus involutus
 hæreo *σ.* Et quum CL. Selneccerus offerret ei Psalterium suum, *σ Selneccerus &*
 audiit illum clementissimè, & præsentem Zasio Vicecancellario in- *Gerhardus ibid.*
 ter cætera respondit: Quòd moneor de Constantini, Theodosii *τ Selneccerus &*
 & Martiani exemplis imitandis, agnosco pietatem, sed quis ego *Gerhardus ibid.*
 sum, aut quid & quantum possum? Orate pro me misero, qui in *Videatur etiam*
 doctrinâ vestrâ, quæ Augustanâ Confessione comprehenditur, *Wolffius in lect.*
 per DEI gratiam vivam & moriar *τ.* Plura in hunc sensum com- *memorab. cent. 10*
 memorare possem de laudatissimo hoc Imperatore, cum primis *p. 1048.*
 quòd multos annos acerrimum illum Orthodoxæ fidei asserto- *υ Reusnerus in J.*
 rem Johannem Sebastianum Pfauferum in aulâ suâ concionibus *conibus virorum*
 & consiliis sacris admovit *υ:* Quod inde ad illustrem virum Pau- *luteris illustrium*
 lum *p. 318.*

D

lum p. 318.

¶ Scalichius Sati- lum Scalichium Theologiæ Doctorem & Sacrificulum Ferdinandi manu suâ exaravit, eumque ob Confessionem Lutheranae Religionis officio suo depulsum, & Tubingæ tum temporis agentem, consolatus fuit ac tutatus, quin & in censum consiliariorum sacrorum cooptavit ¶: Quòd porrò reformationem Ecclesiarum Austriacarum, quum Selneccerus per Joachimum Camerarium se excusasset, Davidi Chytræo ex Academiâ Rosæâ evocato demandavit, & eum re probè confectâ largissimè muneratum dimisit ¶: Quòd præterea Georgium Egerum I. V. D. & Consiliarium suum gravissimè multavit, qui in Augustanam Confessionem ejusque Professores & Aseclas publico scripto injurius fuerat ¶: Tandem quòd in literis ad fortissimum Heroa Lazarum de Schvendi lanienam Parisiensem & immanem Hispanorum aliorumque Papatûs Curionum erga Evangelicos tyrannidem seriò detestatus fuit, & nullum peccatum gravius æstimavit, quàm conscientias dominari velle ω, quum religio ex mente Latantii α per patientiam defendenda sit, atque ratione potius quàm savitiâ, ferro vel igne. Hæc & alia plura in laudem optimi hujus & pientissimi Imperatoris, pro Confessione nostrâ subjungi possent: Velut nonnihil etiam haberem de Heroinis illis Maria & Elizabethâ Caroli V. Sororibus germanis, quarum illa in Augustanis Comitibus, ut Fratrem placaret, & nostris partibus adjungeret, strenuè elaboravit, quâ in re adjutricem habuit fidelem Annam Bohemiæ ac Ungariæ Reginam Ludovici sororem β. Unde Luthero eodem tempore quæstiones duas eò directas proposuerunt discutiendas γ: Hæc autem Christierni Daniae Regis Conjux Witebergæ aliquandiu commorata, & Lutherum humili reverentia profecuta fuit, audivit, & consuluit, postea etiam in verâ fide, acceptâ Domini Coena legitimo ritu Christi, piè obiit, nec persuaderi potuit, licet fortiter tentata per Proceres, ut in Papæ fidem rediret δ. Talia, inquam, in præsentiarum proferri possent quamplurima, verùm ad compendium verba mihi ponenda esse video, ne fortè nauseam vobis moveâ, quum mel etiam iis ingra-

rum

tum fieri soleat, qui crebrius & uberius eo utuntur. Ideoq; redeo
in circum, & ad alteram Orationis meae partem me verto. Audi-
vistis enim haec, quae augusta habita fuerit Confessio nostra
& quem effectum atque stimulos in animis Doctorum, Episcopo-
rum, Cardinalium, Principum, Regum & Imperatorum post pri-
mam praedicationem reliquerit. Nunc addam a quibus non mo-
do probata, verum etiam summo applausu recepta, & ubi publice
pro norma aliqua vel Symbolo fidei fuerit introducta.

Septem erant ab initio Principes, qui Confessioni Augusta-
nae semet addicebant, nimirum Johannes Elector Saxoniae, ejus-
que Filius Johannes Friderichus: Georgius Marchio Brandebur-
gensis: Ernestus & Franciscus Duces Luneburgenses, Johannis
Electoris Saxoniae e sorore Nepotes: Philippus Landgravius
Hassiae, & Wolfgangus Princeps Anhaltinus, quibus adjunxerant
se legati Reipublicae Noribergensis & Reutlingensis. Videban-
tur tum in acie novaculae interque malleum & incudem omnia
constituta:

Haec stabat Caesar Procerumque tremenda potestas
Europaei orbis: stabat cum fulmine torto
Clemens non-clemens Romanae Jupiter aulae:
Stabat & inventrix scelerum furialis Enyo,
Nosce tuas vires, Saxo, nova sacra Lutheri
excute: Ni facies, hoc caelum atque omnia caeli
Numina testamur: Tu cum regione peristi,
cum regione & religione haec interiisti,

velut Taubmanus canit *e.* Cruenta enim balnea Germaniae ap- *l. 2. sacror. p. 17*
parabantur, multique Principes & Dynastae clamabant, se malle *q. Melanchthon*
salutem suam in manifestum discrimen vocare, auctoritatem *ad Luth. l. 3. Ep.*
prostituerent, opes omnes, ipsam denique vitam profundere, quam *stolar. p. 143.*
perpeti, ut tantillum Majestati Romanae sedis derogaretur *q. Ni-Celestinus in H.*
hilominus adhuc in ipsis Comitibus Augustanis plures civitates *Com. August. t.*
suisque deque habitis minis & periculis omnibus Confessioni no- *f. 26. Et. 4. f. 8*
stra subscripserunt, eamque publice professae sunt, nempe Campo- *Heiderus volun-*
dunum *1, oration. p. 251*

dunum, Winsemium, Hailbrunna, Wisseburgum, Ulma, Norlinga, Isna, Sangallum, & paulò post Lubeca, Luneburga, Gottinga, Lemgovia, Riga, Goslaria, Embecia, Eslinga, Augusta, Francofurtum, Hamburgum, Hanobria, Magdeburgum, BrunsWiga, Brema, Bibracum, Hala, Minda, aliæqve urbes, quarum nomina sub

Confessionis nostræ professionem iuverunt ipsi Pontificii, dum eam statim atqve exhibita erat, in Hispanicam, Italicam, Gallicam, Belgicam, Anglicam, Bohemicam, Ungaricam & lingvas alias verterunt. Nam Cæsar ipse secretarios suos Alphonsum Valdesium & Alexandrum Schveifs iussit, ut eam Hispanicè redderent & Italicè, id quod Campegius Cardinalis in gratiam Papæ & aliorum Italorum Latinam lingvam non intelligentium ab eo precibus contendisse dicitur. Jussit etiam Gallicos, Portugalenses, Britannicos, atq; aliorum Regum & Principum legatos, ut eandem quivis in suæ gentis Idioma transferret & ad Dominum suum mitteret. Atqve hâc ratione Confessio nostra ferè per totum orbem uno eodèmqve tempore fuit disseminata, & ubique locorum admiratores sui quin & assertores reperit. Unde Lutherus noster appositè: Tanta, ait, verbi DEI efficacia est & virtus, ut quò plus persecutionis habeat, eò plus floreat & crescat. In Comitibus Augustanis æstuabat totus mundus contra verbum DEI, & nobis orandum erat, ut Christus ipse in cœlis tutus esset a Pontificiis, nihilominus nostra doctrina & fides ita prodiit in lucem per Confessionem nostram, ut brevissimo tempore, mandato etiam Cæsaris, ad omnes Reges & Principes mitteretur, ubi multa clarissima Ingenia in aulis fuerunt, quæ ut ignem fomes, sic hanc doctrinam avidè apprehenderunt, & in cordibus Dominorum postea accenderunt. Non autem testimonium hanc ob rem denuncio Germaniæ Principibus, quorum non pauci post exhibitam, de quâ agimus, Confessionem ad pactiorem adierunt cum iis, qui primi illam obtulerant, nimirum Ulricus Dux Wirtenbergensis; Henricus Dux Saxonie; Barnimus & Philippus Princi-

Caestinus in H. Com. Aug. t. 3. f. 76 & t. 4. f. 93.
Cbytraeus in Saxonia lib. 9. pag. m. 152. & 187.
Item l. 10 p. 275.
Dresserus in 5. parte Isagoges passim.
Spalatinus t. W. 9. Luther. f. 413. & sequ.
Caestinus tom. 2. f. 191.
Caestinus ibid.
Selneccerus in orat. d. A. C. f. 43.
Cbytraeus in Histor. August. Confes. f. 82.
In colloquiis nens. f. 371.

Principes Pomeraniæ; Johannes Marchio Brandenburgensis; Philippus Dux Brunsvvicensis; Robertus, Otto Henricus, ac Wolfgangus Duces Bipontini; Albertus Dux Prussiæ; Georgius & Joachimus Fratres Anhaltini; Ericus Franciscus Episcopus Monasteriensis; Gulielmus Comes Nassovius; Gebhardus atq; Albertus Comites Mansfeldenses; quin & Hermannus Archiepiscopus Coloniensis; Fridericus Elector Palatinus; Joachimus II. Elector Brandenburgicus; Albertus Episcopus Magdeburgensis; & Henricus Dux Megapolitanus, qui Confessionem nostram fovebant, & in ditionibus suis publicè promovebāt, quamvis fœderi Schmalcaldico non essent addicti λ. Nec produco jam eos Principes & Ordines Imperii Romani, qui finito bello Schmalcaldico se nostris partibus adjunxerunt: quos qui novisse amat, evolvere potest formulam Concordiæ, sospitatricem illam Ecclesiæ nostræ corruptelis & dissidiis ante quinquaginta annos perquam distractæ, ubi suis subsignatos nominibus videbit quinq; Principes, Comites viginti duos, quatuor Barones, & triginta quinque civitates liberas. Ego de his omnibus jam parciùs loquor, nec testes eos cito, velut etiam Bohemos, Ungaros ac Polonos prætereo: Nolo enim in iis rebus vos morari, quæ sunt in propatulo. Ad exterarum nationes & remotiora loca me vertam, & exponam, ubi Confessio nostra pedem fixerit, & per quot regna, regiones & insulas semet effuderit. Bellarminus μ quidem non veretur affirmare, nostram doctrinam mare nunquam transiisse, nec Asiam aut Africam, Ægyptum aut Græciam vidisse, ac illustre mendacium vocat, quòd in Præfatione Concordiæ dicitur, Augustanam Confessionem in toto terrarum orbe percrebuisse, & in ore & sermone omnium esse cœpisse. Sed solens suo more facit Jesuita tam immania mentiando, ut taceam, quod sui oblitus diversis in locis contrarium huic assertioni afferat, id quod inter alia a Theologis & nostris illi jam dudum etiam oppositum fuit. Plautus ο meus certè homini tali porculum afferri juberet, quòd expiaretur & sui meminisse inciperet, ad fidem histo-

λ *Schleidanus de statu Relig. l. 7. 9. 10. 12. 15.*
 μ *Chytraeus in Sax. libr. 10. & seqq. Dresserus in 4. parte Isagoges histor. passim.*
 ν *μ tomo 2. disputat l. 4. cap. 7. col. 223. in præfat. tom. 1. & in orat. 1. 4. præfixa.*
 ξ *Gerhard. tom. 1. loc. theol. p. 975.*
 ο *Meisn. par. 2. Pbi Sob. Sect. 2. c. 3. q. 1. in Menachm. act. 2. Sc. 2.*



ricam certius oculis collimando. Nam licet amplitudinem pro
notâ Ecclesiæ non agnoscamus, sed potius cum Liberio dicamus,
verbum veritatis solitudine non diminui: Interim amplæ satis
atque augustæ fuerunt ac etiamnum sunt Ecclesiæ Evangelicæ;
quod ut omnibus constet, in rem præsentem vos deducam Audi-
tores, ut ipsi dispiciatis, quot & quoniam a Spiritu Sancto mediante
nostrâ Confessione illuminati, Papæ in locis exteris contradixe-
runt, & Augustanam Confessionem si non totam, ex parte tamen
receperunt.

Primum autem Anglos vobis sisto, quorum Rex Heinri-
cus biennio post evulgatos nostræ Confessionis Articulos de se-
natûs Ordinûmque regni consilio contra Pontificios decretum
fecit, & pœnam constituit iis omnibus, si qui Episcopo Roma-
no supremam potestatem deinceps adscripturi sint; tributum
etiam annuum jam ab Inæ temporibus pendi solitum Pontificis
qvæstori denegavit, & ne qua pecunia Romam deferatur gravissi-
mis verbis edixit: Idem Rex per Edvardum Foxum Episco-
pum Hertfordiensem & D. Robertum Barns, qui se D. Antonium
in Germaniâ nominabat, sæpius egit cum Nostratibus, & in fœ-
dus Schmalcaldicum recipi voluit, quamvis antea iisdem sese op-
posuisset edito libro nomen suum præferente: petiit etiam ut
legati ad se mitterentur, & in his aliquis insigniter doctus, qui
cum suis de doctrinâ deque ceremoniis conferat atq; statuat.
Pari postulato Franciscus Rex Galliæ Principes Protestantes per
Gulielmum Bellaium Langæum compellavit, & Theologos ad
colloquium cum Lutetianis multo opere exambivit, præsertim
autem Philippum Melanchthonem, ad quem peculiariter etiam
scripsit, & obsides, qui darentur dum abesset, præsidia item, qui-
bus deduceretur & reduceretur, pollicitus est, ut undique periculi
metus esset amotus. Literas illas Joachimus Camerarius vir
æternâ memoriâ dignus narrationi de ortu totiûsque vitæ curri-
culo & morte Philippi annexuit, quas ne quid desideretis, lubens
subjungam.

*Theodoret. l. 2.
Histor. Ecclesiast.
c. 16.*

*Schleidanus l. 9.
col. m. 135.*

*huanus l. 1. bist.
14.*

*Schleidanus l. 9.
m. 149. & l. 10 f.*

*12. & l. 12 f. 197.
hytraus in Saxo.*

*10. p. m. 259.
Schleidanus l. 9.*

*m. 148.
hytraus in Sax.*

*10. p. m. 259.
Camerarius in*

*errat. de Me-
ncht b. p. 149.*

Fran-

*Franciscus DEI gratia Francorum Rex, dilecto nostro
Philippo Melanchthoni S.*

*Habentur etiam
haec litera libr.*

*1. Epistolar. Phi-
lippi Melanchtho-
nis per Peucerum
edit. f. 94.*

Singulare tuum ad sedandas eas, quæ in doctrinam Ecclesia-
sticam invecæ sunt, altercationes studium intellexeram, antea
quidem ex Gulielmo Bellajo Langæo Cubiculario atque consilia-
rio nostro, quo ego præcipuè sum usus ad eam rem administro &
interprete. Nunc verò ex literis ad eum tuis, & sermone re-
deuntis a te Barnabæ Vorei Fossæ intellexi etiam, te hoc laboris
perlubenti animo suscepturum, uti ad nos primo quoque tempo-
re te conferas, deque unione doctrinarum cum selectis aliquot
nostratibus Doctoribus hic apud nos coram differas, atque ratio-
nes in eas, quò refarciri possit pulcherrima illa Ecclesiasticæ politia
harmonia, qua una etiam quum ego mihi nihil usquam unquam
majore cura, studio, sollicitudine animi amplexandum esse duxe-
rim, committere nolui, quin hunc statim Vorem Fossam ad te
dimitterem, cum his veluti publicæ fidei obsidibus literis, ob-
testarer etiam, abduci te ullius persuasione ut ne sinas ab hoc
pio, sanctoque instituto. Venies omninò mihi gratissimus, seu
privato tuo, seu publico vestratum nomine adveneris, meque
reipsâ experieris & privatim Germaniæ vestræ dignitatis & pu-
blicæ in universum quietis ante omnia esse (atque adhuc semper
fui) studiosissimum. Vale, ex oppido Gnyse d. 28. mensis Junii
Anno Domini 1535.

Hæ sunt literæ Francisci, quas suâ manu subscripsit, & dedit
ad Melanchthonem, cui etiam acceptis iis omninò animus fuit
in Galliam proficisci, ne expectationem & spem amicorum de se
conceptam frustraretur, & operam suam, quæ navari posse crede-
batur, afflictæ Ecclesiæ subtraheret: Ut autem Saxoniam Elector & Camerarius
hanc ei veniam daret & potestatem cum bonâ gratiâ in Galliam
illo tempore se conferendi faceret, impetrari non potuit. In-
terim apparet exinde, Franciscum Regem a nostrâ Religione

*ψ Camerarius
narr. de Philip
Melan. p. 153.*

*Cbytraus in Sa-
non libr. 10. p. m. 251*

x fol. 69.

↓ Thuanus libr.
Hist. 23.

Schleidanus l. 12
f. m. 185.

Chytraeus in
axon. l. 11. p. m.
198.

Schleidanus
ibid.

Schleidanus l.
f. m. 239.

non fuisse penitus alienum: Apparet etiam lucem Evangelii in
Galliâ citò effulſiſſe, quam etiamnum rutilare in eo regno vide-
mus, & reipsâ experimur, verbum divinum, utut prematur, pror-
sus tamen ſupprimi non poſſe. Verùm non Galliam modò vel
Angliam, ſed ipſam etiam Italiã & Hiſpaniam Confeſſio noſtra
penetravit, ſuòqve fulgore & radiis multorum oculos & mentes
ibi perſtrinxit: Quã de re audite Secretarium Papæ Pauli IV. qui
in actione, an Concilii Tridentini decreta armis propaganda
ſint x, ita ſcribit ad Pontificem: Puto te ſcire in omnibus tuis
urbibus eſſe nonnullos, qui Lutherano veneno infecti ſunt, ne-
que hos ex infami tantùm fece populi, verùm ex mediis etiam &
ſummis viris. Qvòd ſi uni teſti fidem adhibendam dubitatis,
qvæ tamen hîc inclara non eſt, videte mihi Thuanum, Rabum,
Meteranum, Lundorpium, Wolffium, & alios, qui rogos Marty-
rum in iſtis regionibus quotidie fumantes diligentiffimè deſcri-
bunt. Quid enim rogi illi ſunt qvàm teſtimonia, noſtram Con-
feſſionem iis etiam, qui Papiftico jugo ingemiſcunt, non eſſe ig-
notam? Imò qvid ipſa eſt Inquiſitio, qvam Hiſpanicam vocant,
& qvare a Granuellano Cardinale inducta, & ipſis Romanis etiam
exoſa ↓? Res tam clara eſt & manifeſta, Auditores, ut non opus
ſit ullo longioris orationis ambitu: Qvanqvam, ut verum di-
cam, animus qvoqve iſtius rei meminiffe horret luçtûqve refugit.
Cur enim gaudia noſtra lacrimis immergam & mentione imma-
niſſimæ crudelitatis, qva noſtri in fide ſocii catervatim vitâ exu-
untur, cruda vulnera retractem? In Daniã pergo, ubi latiora ſe-
ſe offerunt. Nam inclitus Daniæ Rex Chriſtianus, Anno Se-
ptimo poſt oblatam Confeſſionem Auguſtanã, Evangelii do-
ctrinã unanimi conſenſu omnium regni Procerum recepit, &
inſtituendis atqve reformandis Eccleſiis & Scholis Johannem
Pomeranum Witebergã evocavit, a qvo regno ſimul inaugura-
tus fuit ω: Nomen etiam ſuum dedit foederi Schmalcaldico α;
qvem poſtea ſecutus eſt Rex Sueciæ β Guſtavus I. qui tamen re-
gnum ſuum jam ante publicatã noſtram Confeſſionem juxta
normam

normam verbi divini & doctrinæ Lutheranae per Olaus Petri & Chytræus in
 ejusque fratrem Laurentium Orebroæ in Nericia natos reforma- *Saxoniâ l. 8. p. m.*
 verat, tanto quidem Zelo, ut quum Episcopi illi adversarentur, & *64. & l. 9. p. 104.*
 nihil omninò de suâ potestate & jure cedere vellent, regnum illis *& 175.*
 in conventu publico resignaret, nec curam ejus nisi humilimis *Philippus Nico-*
 omnium precibus exoratus, atq; Episcopis oboedientiam Sanctè *l. 1. tom. 2. operum*
 promittentibus in se iterum reciperet γ : Horum duorum Re- *latinor. p. 2.*
 gum interventu & adminiculo lumen Evangelii & orthodoxæ *Gerhard. t. 5. loc.*
 veritatis ad nationes procul a nobis versus Septentrionem sub *theol. p. 958.*
 arcticum circulum remotas, brumaliq; tempore noctibus penè *Philippus Nico-*
 continuis expositas, favore DEI admirabili ac verè paterno, pro- *l. 1. ibid. p. 3.*
 pagatum fuit, & impletum, quod Esaias c. 9. vaticinatus erat: Po- *Gerardus Merca-*
 pulus qui ambulavit in tenebris vidit lucem magnam & super ha- *tor in Atlante*
 bitantes in terrâ umbræ mortis lux splenduit. Elucet jam fax *min. p. 22.*
 Confessionis nostræ in Schetlandiâ insulâ inter Noruegiam & *Philippus Nico-*
 Scotiam elevatione 63. graduum δ . Illuminata est Gronlandia *l. 1. tom. 2. lat. op. p. 2*
 adhuc longius ad Boream sub gradum 77. exporrecta, quantum- *& 3.*
 vis continuâ hieme integros novem menses prematur, & nocte *Neander in ex-*
 temporum longâ densâqve caliget, si Nicolao Zeneto credimus *e. plic. orbis terr. f.*
 Groklandia quoque, & Orcades Insulæ luce Evangelii nitent, *117. & 207.*
 quin & ipsa Laponia, cujus tamen incolæ antea incantationibus *Damian. a Goes-*
 addicti pro Diis ligna & lapides colebant ζ . Inprimis autem *in deplorat. Lap-*
 fulget Islandia, quam a Prolomæo Thulen vocari autumant *n. pian. gentis p.*
 insula si qua alia, Poëtis celebratissima, de cujus incolis Chytræus *460. & seqq.*
 meminit, quòd Ecclesiarum ministros & Episcopos ex Acade- *n Chytræus in*
 miâ Haffnensi e Daniâ accipiant. Et Philippus Nicolai in dedi- *Saxoniâ l. 2. p. m.*
 catione Synopseos de Omnipræsente Christo, scribit, Gudbran- *201.*
 dum Thørlacium Holensem Episcopum Holis typographeon *Gerardus Merca-*
 excitasse, Biblia in linguam Islandicam transtulisse, adhibito sum- *tor in Atlant.*
 mo labore & studio, ut optimè cum Germanicâ Lutheri versione *min. p. 26.*
 convenirent, alios quoque orthodoxorum libros & Augustanam *in Saxoniâ l. 2.*
 Confessionem publicasse, ut patriæ genti ad promovendam salu- *203.*
 tem deserviant. Non autem frigoris asperitate fides nostra in *como 1. operum*
 E *suppo-* *latinor. p. 425.*

suppolaribus istis terris astricta fuit, sed ad Moscos etiam per-
 pit. In Moscovia enim oppidum urbi Mosque in ulteriore Mos-
 qui fluminis ripa, Nolevki Ruthenis vocatum, adjacet, in quo
 multi Germani beneficio & concessione Moscovitici Imperato-
 ris degunt, atque Evangelii doctrinam incorruptam profitentur,
 concionatore quoque gaudent orthodoxo, qui in ampla quadam
 & ligneâ domo Christianæ fidei capita auditoribus sincerè propo-
 nit, velut ex Oderbornio Philippus Nicolai testatur κ. Ponti-
 ficiis autem in toto regno Moscovitico nullus patet locus: Nam
 Moscovitæ de fidei articulis communem cum Græcis Ecclesiis
 alunt opinionem λ, & scribit Historicus quidam μ non malæ notæ,
 nulli homini infensorem esse Moscum, quam Romano Papæ,
 adeo ut quum ejus Oratores audiendi sint, pelvum cum duobus
 gutturniis, adjuncto impositoque mantili, apud se habeat, quod
 continuo porrectam manum Oratori, quem propter fidem Ro-
 manam impurum censet, abluere possit. Idem ferè Possevinus
 Jesuita ν memorat, suoque exemplo probat: Nam quum magno
 Moscoviæ Duci Johanni Basilidi persuadere vellet, ut Pontifices
 Romanos coleret, Moscus in magno Procerum confessu respon-
 dit: Se Christum colere: Omnes Apostolos Evangelium prædi-
 casse, sed nullam ex illis alio fuisse majorem: Petrum & alios
 Pontifices sanctos se agnoscere, at verò qui eos secuti sunt, quia
 improbè vixerunt, quoniam modo Petro succedere potuerint, se
 non videre. Ad hæc quum Possevinus durius respondisset, Mos-
 cus iratus, scias, inquit, Romanæ fidei septuaginta fides inesse.
 Pontificem Romanum Pastorem non esse, ut qui barbam radit, in
 fellâ se gestari & tanquam DEUM adorari sinit. Et quum hæc
 quoque Possevinus liberius ac pertinaciter defenderet, Moscus
 exandescens: Nam fuere in foro, dixit, rustici, qui te docuerunt,
 ut æquè mecum ac cum rustico loquereris.

Sed revertamur ad nostrum cœptum & adhuc limis dun-
 taxat oculis imperium Turcarum inspiciamus: Hoc enim licet
 falcatis

x. tomo 2. oper. lat.

p. 5.

λ Phil. Nicolai t. 2.

lat. oper. p. 4.

Neander in expl.

orb. terr. f. 110

ν Sigismundus ab

Heberstein Baro

in libr. de rebus

Moscovit.

in suâ Moscoviâ.

ψ Vide etiam Ger-

bard. tom. 5. loc.

theol. p. 259.

falcatis Mahumetis delubris repletum sit, atque crudeles Alcora-
 nitas ad rerum gubernacula sublevet, totum tamen, quantum-
 cunque est, Christianæ professionis hominibus ita abundat & per-
 miscetur, ut certa & constans fama sit, si numero decertandum
 fuerit, Mahometicolas a Christianis longè superatum iri, & tribus
 Christianis vix unum opponi posse Musulmannum sive Alcora-
 nitam. Quæ verò Christicolarum sub jugo Turcico sit religio,
 & in quot sectas distributa, commemorare jam nec locus nec
 tempus mihi permittit. Id addo, quòd fidei & Confessionis no-
 stræ capita apud illos jamdudum increbuerint: Nam Anno 1550.
 Truberus Carniolanus auspiciis Baronis Johannis ab Ungnadt, &
 munificentia Ducis Wirtenbergici quosdam libros Scripturæ sa-
 cræ, item Augustanam Confessionem, & Postilla atque Cateche-
 sin Lutheri in sermonem Henetum, qui in Turcarum regnis fre-
 quentissimus est, transtulit: Paulò post Anno nimirum 1559.
 Philippus Melanchthon Augustanam Confessionem in Græcum
 sermonem versam ad Josephum Ecclesiæ Constantinopolitanæ
 Patriarcham misit per Demetrium Mysum Diaconum ejusdem
 Ecclesiæ, qui tum temporis Witebergæ aliquandiu commoratus
 erat, ut de Religione nostrâ melius informaretur: Velut eti-
 am Anno 1579, Generosus Vir David Ungnadius Legatus Cæsaris
 Maximiliani II. Principi Georgianorum, qui Quarqvare Atabas
 vocabatur, Græcum exemplar Augustanæ Confessionis tradidit,
 quod ille Idiomate Iberico donatum secum asportavit in Pa-
 triam, ut hæc ratione Christianis Episcopis per Iberiam & Alba-
 niam ad mare Caspium usque puritas Evangelii innotuerit. Sa-
 nè velut ex actis Tubingensium cum Jeremiâ Patriarchâ Constan-
 tinopolitano patet, in multis cum Confessione nostrâ consen-
 tiunt. Damnant enim primatum Pontificis Romani, qui erro-
 rum Papalium fundamentum est facilè primum, agnoscunt
 Majestatem divinam Christo secundum carnem esse datam, ne-
 gant Purgatorium, recipiunt Communionem sub utrâque, im-
 probant Missas privatas & sacrificia pro defunctis, in sacris utun-

*Philipp. Nicolai
 tom. 2. oper. lat.
 p. 6.*

*Dresserus in
 Chronic. Germa-
 nic. Baron. de
 Weissenfels jam
 Ungnad.*

*Philipp. Nicol. t. 2.
 op. lat. p. 7.*

*Gerhard. t. 5. l. 1. th.
 p. 960.*

*Libro 3. Epistol.
 Philippi Melanch-
 a Pezelio edit. p.
 79.*

*Camerarius in
 narrat. de Phil.
 Melanchthone p.
 377.*

*Philipp. Nicola
 tom. 2. p. 10.*

*Gerhard. tom. 5.
 tur p. 960.*



σ. Philip. Nicolai
tom. 2. oper. lat.

p. 7.

Gerhard. tom. 5.

loc. theol. p. 942.

τ. libr. 1. c. 7.

ο. libr. 1. c. 1.

tur lingvâ vernaculâ, indulgentias & nundinationes Papales respuunt, approbant conjugium Sacerdotum, & tali odio erga Papam flagrant, ut eum adhuc singulis annis Dominicâ Quadragesimâ excommunicent σ. Refert Johan. Mandevilla τ, Johannem XXII. Pontificem Romanum prolixè scripsisse ad Græcos: Unicam tantùm esse Christi Ecclesiam, cujus ipse caput universale, Christi in terris vicarius, quem & ipsi agnoscere debeant: Rescriptum verò fuisse a Græcis Laconicè admodum & argutè: Potentiam tuam erga subditos tuos firmiter credimus, superbiam tuam summam tolerare non possumus, avaritiam tuam explere non valemus, Diabolus tecum, quia Dominus nobiscum. Sic in Armeniâ, in Persiâ, in Indiâ, in Arabiâ, in Syriâ, in Cypriâ, in Ægypto, in Æthiopiâ, in Mauritania & aliis locis pluribus reperiuntur innumeri Christiani, qui omnes Papæ primatum & alios errores tetros improbant, condemnant, execrantur, & in pluribus cum Confessione nostra Augustana faciunt, velut id ipsum fusè deduxit entheus ille vir, omniqve laude superior Philippus Nicolai in commentario de regno Christi υ. Inficias nunc eat Bellarminus, Confessionem nostram totum pertransisse mundum & ubiqve suos habere assertores?

Verùm nimis diu detineo vos in hoc argumento. Accedam tandem ultimum Orationis hujus membrum, & paucis edocebo, quomodo nugamenta erronea Pontificiorum post oblatam ac typis publicis exscriptam Augustanam Confessionem ex hac urbe, quæ nutricula nostra est, semota fuerint, & quando doctrina Evangelii civibus nostris publicè proponi in templis cœperit: Publicè, inquam; Nam de plenaria reformatione loquor, quâ post editam Augustanam confessionem indultu Serenissimi Saxonie Ducis Heinrici, cognomento Pii, Freiberga nostra quiviliis & sordibus rem sacram longum jam tempus inquinantibus prorsus fuit expurgata. Aliàs longè ante Comitia Augustana veram & Orthodoxam Evangelii doctrinam incolis hujus urbis notam fuisse non nego. Etenim Divi Lutheri scripta a primo sta-

tim

tim exordio, quum primæva religio in hac regione mersum caput
tenebris efferret, hinc inde dispergebantur, & ope Spiritus Sancti
multorum corda inflammabant. Unde septem annos ante scri-
ptam Augustanam Confessionem Anno nimirum 1523. reperitur
tom. 9. ϕ contenta Lutheri Epistola ad tres virgines Nobiles, quæ ϕ *Witteb. f. 177.*
e Gyneceo Freibergensi ob lectionem librorum ejus dimissæ
fuerant. Eo nempe anno, quo monstrum istud horrendum
quod Vitulo-monachum vocant, Waltersdorffii in ædibus Ste-
cherianis natum, vel ut Chytræus χ & Laurentius Fleischerus χ *in Saxoniâ l. 7.*
Consul hujus urbis in Annalibus suis ψ notant, hinc in publico la- *p. m. 752.*
niatorio inter laniandum repertum fuit, cujus caput coronam *Vide etiam Peu-*
seu calvitiam Monachorum referebat, tumbantque in calvitie *ceri commentar.*
duo minuta cornua, os humano non absimile erat, reliquum *de divinat. f.*
corpus cucullus obtegebat, velut videri potest ejus pictura & in- *447.*
terpretatio cum Papafello Tiberino tom. 9. Lutheri ω . Quod ψ *ad annum*
monstrum sanè multum juvit, ut Monachi existimatione sua *1523.*
damnarentur, & pro ludibrio ac delectamento haberentur, a no- *\omega* *Witeb. f. 187.*
stris præsertim metallicis, a quibus etiam cantio eâ de re ficta fuit,
& in omnibus tabernis diu decantata summo cum præsentium ri-
su & applausu, adeò ut Henricus Dux Saxonix, qui tum tempo-
ris præsens hic agebat, precibus ac supplicationibus Canonico-
rum motus publicum affixerit edictum, quò pœnam gravem illis
minatus fuit, si qui Clericos Pontificios despiciatui ulterius habi-
turi, & pro more illis in via publica ludos facturi, vel ostium oc-
centaturi sint. Aliud edictum paulò post proclamatum fuit,
quo jubentur cives Sacerdotibus annuas pensiones & salaria, ut
vocant, ex asse solvere, atq; monentur illi, qui sacra anniversaria
& supplicationes pro defunctis animabus intermiserant, ne of-
ficio suo deinceps desint, & negligent ea, quæ a Majoribus sint in-
stituta. Publicata sunt hæc duo edicta, primum quidem Anno
1525. alterum verò Anno sequente 1526. Unde intelligi potest, Spi-
ritum Sanctum per lumen Evangelii plures ex incolis hujus urbis
citò & ante exhibitam Confessionem Augustanam illuminasse;

sicut id etiam publicæ inscriptiones ædium nonnullarū testantur, quibus Symbolicum istud tritissimum, V. D. M. I. Æ. primis illis annis incisum, etiamnum in plateis aliquot videre licet. Non autē soli vulgo beneficium, & felicitas ea obtigit; nam & ex Monachis quidam divino cæstro perciti & eò commoti fuerunt, ut veritati testimonium præberent, cuius rei Georgius Greis Pastor olim in templo Jacobi ultra 36. annos in relictis suis schedis meminens est, dum scribit: Laurentium & Johannem quendam Monachos e cœnobio inferiore, quod Nudipedum vel Franciscanorum fuit, item Johannem Bohemum Sacellanum in templo Divi Nicolai circa & post annum 1524. errores Pontificiorum publicè taxasse, & propterea a fratribus suis multa indigno modo sustinuisse. Sic Laurentius Fleischerus memorat, eodē anno 24. quosdam e Clericis hujus urbis, & inter alios Dominicum Bejerum, qui post Leisnitziū vocatus fuit, uxores duxisse, & eamob causam civitate fuisse pulsos. Tandem, ne quid prætermittam, liquet e tom. 6. Lutheri a, Ursulam Ducem Monsterbergensem veritate verbi divini impulsam e Cœnobio Mariæ Magdalenzæ, quod Monialibus consecratū erat, Anno 1528. clam se cum duabus pedisequis subduxisse, & ejus rei causas graves ad Heinricum Ducē rescripsisse, quæ eodē tomo legi possunt; quam secutæ sunt postea 7. Moniales aliæ, ut ita non solummodò Laici & cives, sed quidam etiam ex Monachis & Monialibus ante oblatam Confessionem in Comitibus Augustanis doctrinam Lutheri sacrae scripturæ consonam approbaverint ac susceperint. Verum non totalis fuit ea approbatio, sed a paucis modò facta, & quidem non sine periculo; Canonici & Monachi enim tum temporis primas tenebant in hac urbe, atq, politicum Magistratum autoritate suâ facilè trahebant in suas partes, & contra orthodoxos Evangelii Confessores inflammabant. Exactis autem Comitibus Augustanis, quum nostrates viderent, Deum ipsum Principibus Protestantibus adesse, & cœpta eorum fortunare, multis modis omnes, omnes ferè ad lumen Evangelii aspirarunt, & assiduis interpellationibus & precibus obtestati sunt Ducem suum

Sere-

a Witeb. f. 257.

Serenissimum Henricum, ut liberum Religionis Exercitium illis
permitteret. Quâ in re multum eos adjuvit Illustrissima Dux &
Princeps Catharina Magni Ducis Megapolitani Filia, Henrici
Conjux, quæ Luthero apertè favebat: Inprimis etiam Nobilissi-
mus ac strenuus vir Antonius a Schönberg, qui a Georgio Duce
Saxoniae ob professionem veræ Religionis e fede suâ RothSchön-
bergenſi ejectus Freibergam se contulerat, & inter Consiliarios
Henrici Ducis receptus fuerat. Verùm licet Henricus Dux Cle-
mentissimus cives Freiberg. amore patrio prosequeretur & cum
multis familiariter cōversaretur, primùm tamen impelli non po-
tuit, ut locum tot petitionibus relinqueret. Nimiùm enim me-
tuebat Fratrem suum Georgium, qui quotannis certam pecuniæ
summâ ei pendebat, & regulam ducendæ vitæ & regendis subditis
firmè præscribebat omnem β . Ecclesiæ etiam Decanus Baltasar a β Colloqv. Luthe-
Ragevitz eo tempore securim summo conatu injiciebat cunctis *ri mensal. fol. 337.*
civium petitis, & impediēbat, ne piissimus ille Princeps ab iis per- *& seq.*
suaderetur. Interim tamen licet jussu Georgii Fratris publicè ali-
quoties gravem poenâ indiceret illis, qui Romanæ Ecclesiæ statuta
transgredierentur, in neminem tamen indictam poenâ irrogabat,
quin & connivebat, ut Monachus quidam in superiore cœnobio
Prædicatorum Ordinis, nomine Georgius Schumannus, qui post-
modum Pastor Mariæbergæ factus est, clam administraret sacram
cœnam sub utrâque specie juxta institutionem divinam, omnibus
& singulis, qui eam petebant. Usque dum virtute Spiritus S. Sancti
animosior factus, intercedente Genero suo Celsis. Duce Georgio
Marggravio Brandeburgensi, qui cum Johanne Electore Saxoniae
Confessionem fidei Augustæ Cæsari Carolo summa animi forti-
tudine & constantiâ exhibuerat, & post Æmiliam Henrici Ducis
Filiam natu majorē matrimonio sibi junxerat; instigante in super
Electore Saxoniae Johanne Friderico, Confessore veritatis proba-
tissimo, in conventu Zizensi, publicum Religionis exercitiū juxta
normâ Augustanæ Confessionis civibus nostris per delegatos viros
gravissimos, M. Valentinū Sporerum Pegavium concivē meum,

co tem:

*γ libr. 2. pag 22.
o ad annum 1536.*

eo tempore Consulem, & Ulricum Grosium Senatorem & Patri-
cium hujus urbis concederet, id quod factum fuit Anno aerae
Christianae 1536. velut nonnihil ea de re in genere meminit Pau-
lus Jenisius in historia urbis Annæbergæ γ : speciatim autem id
inter alia in annalibus suis δ notatum reliquit Laurentius Fleische-
rus, Vir spectatissimus, qui tum temporis viginti annos natus, post
in Syndicum hujus Reipubl. laudatissimæ selectus fuit, tandem
etiam Consulis officia sexies ingenti cum laude & perpetua no-
minis sui celebritate obiit, cui viro in adscribendis iis, quæ suo
tempore notatu digna contigerunt, diligentissimo ac valde indu-
strio soli fermè acceptum ferendum est id omne, quod de refor-
matione prima hujus urbis certò affirmare possumus. Nemo
enim, quod sciam, aliquid ea de re assignatum nobis reliquit, si
Georgium Greisium excipias, cujus manu collectos & conscri-
ptos habemus eos Mystas, qui ope divina reformationem cœpe-
runt, atq; pertexuerunt usque ad annum 1586. Deberem autem,
quoniam in hanc materiam incido, gratias amicis nonnullis, præ-
sertim Viro cuidam Clarissimo & de urbe nostra longe meritissi-
mo, qui benevolò animo mecum communicavit omnia, quæ ab
aliis de Freiberga nostra notata habebat, ipse etiam longâ experi-
entiâ sibi notaverat. Gratias deberem, ut me agnoscere osten-
derem eorum voluntatem, qui se optimè mihi semper ostende-
runt. Sed nullius verecundiam hic onerare volo mentione li-
cet verâ benevolentia mihi exhibitæ, ne forsan quis Sophillus au-
ribus a me insidias fieri clamitet. Stabit tamen apud animum
meum memoria beneficii hujus, & nulla oblivione unquam te-
nuabitur.

Revertar nunc ad id, a quo me pia quædam animi affectio
abduxit. Postquam enim nostratibus libera Religio benignissimè
indulta, idq; Divo Luthero significatum fuit, misit ille Freibergam
M. Jacobum Schenkium virum doctum ac fecundum, qui postea
sumptibus Heinrici Ducis Theologiae Doctor Witebergæ renun-
ciatus fuit. Hic primùm in templo arcis, inde in Basilica sin-
gulis

gulis diebus binas conciones habebat, ut eò citius populum in ve-
râ fide informaret.

Minimè tamen prætereundus hic mihi est Valentinus Belt-
zingus, qui ante factam reformationem Canonicus & Missarius
suburbanus in Xenodocheo hujus urbis fuerat, & officium istud
suâ sponte resignaverat, ob Missæ superstitionem, a quâ abhorre-
bat. Hic quum in ædem Divi Nicolai legitimè vocaretur, paulò
ante adventum Jacobi Schenkii, cœpit Auditoribus explicatio-
nem Evangeliorum a Luthero typis subjectam ad verbum pro-
ponere, & ita primus omnium fuit, qui doctrinam Evangelii sub
legitimâ vocatione publicè hîc docuit, id quod etiam ex Epita-
phio ejus claret, quod habetur in templo Basilico, propè altare, &
ante 27. annos renovatum fuit, in quo inter alios hic versus legi-
tur.

Hâc primus populum elusum revocavit in urbem,
& docuit meritis fidere Christe tuis.

Istud hoc in loco simul monendum erat, ne laus debita præter
meritum viro bene de nobis merito detraheretur.

Sed redeamus ad Jacobum Schenkium, qui ubi aliquandiu
populum publicè de fidei Articulis erudiisset, jussu Heinrichi Du-
cis Saxonix omnes Missas clancularias, aliasque superstitiones &
ceremonias Pontificias, quæ quidem contra verbum DEI irrepre-
sant, in omnibus templis abrogavit, in Monachos etiam & Mo-
niales studiosè inquisivit, quid de Augustanâ Confessione senti-
rent, sicut ea de re conqueritur Paulus, Abbas Veteris Cellæ, in li-
teris ad Petrum Abbatem Portensis cœnobii, quas cum aliis qui-
busdam antiquioribus monumentis Clarissimus Vir, meus & ve-
strum quorundam Præceptor meritissimus Dn. M. Justinus Ber-
tuchius Gymnasii Portensis Rector olim & Professor, sanctâ ve-
neratione ob ingentia sua merita cunctis harum regionum Alu-
mnis perpetuò recolendus atque memorandus ad Chronicon
suum adjecit & edendas curavit. Nam dictus Abbas in literis *e. pag. 234.*
istis inter alia scribit, Lutheranorum factionem propius sibi ad-

F

latus

latus venisse: Principem enim Heinricum cum totâ suâ Freiber-
ganâ plebe Luthero dextras dedisse, & sic quoti die succrescere at-
que grassari, ut totus Clerus, qvî ibi fuerit, sit jam ferè in pauculis
diebus perturbatus, Monasteria vastata, ac sacris clenodiis spolia-
ta, divinus cultus totaliter interdictus, atqve omnia sic confusa
& pessundata, ut tanta mala nec verbis nec calamo attingere
qveat. Scriptæ autem sunt hæ literæ Anno Christiano 1537 feriâ
qvinta post Gervasii, qvæ fuit dies 23 Junii; unde patet, qvo tem-
pore reformationem sibi demandatam Jacobus Schenkus hoc
in loco fuerit orsus, & qvâ ægrè istud rafa turba Pontificiorum
tulerit. Qvîn & ipsius Schenkii trinæ manu scriptæ literæ in hac
ipsâ urbe integræ adhuc a nonnemine asservantur, qvæ eodem
1537 anno, primæ qvidem die Margaritæ, alteræ & tertiæ paulò
pòst ad Thomam Schellenbergerum eo tempore in æde D. Jaco-
bi Pastorem datæ fuerunt, in qvibus jubentur Moniales, qvæ
Evangelio assentiri & Augustanam Confessionem recipere ve-
lint, nomina sua absqve morâ subsignare, ut ita planè constet, re-
formationem totalem in hoc loco Anno post Christum natum
millesimo qvingentesimo trigesimo septimo primum suum ini-
tium cepisse, & actutum etiam templis & cœnobiis omnibus fuis-
se intentatam. Canonicis qvidem in templo Cathedrali a princi-
pio nonnihil temporis adhuc concedebatur, & indulgebatur, ut
sacra sua ex more pristino tractarent, non diuturna tamen erat il-
la indulgentia: Nam D. Jacobus Schenkus brevi post suum ad
hanc urbem aditum concionibus in eo templo præfectus fuit, &
postea Missis atqve aliis erroneis superstitionibus inde etiam ex-
plosis, sacramentum Cœnæ sub utrâqve distribuere cœpit, ubi no-
strates tanto ardore, tantòqve numero accurrebant, ut cogeretur
bis in septimanâ, nimirum singulis etiam diebus Jovis, sacram cœ-
nam illis administrare: Qvod non est ut quis miretur, qvonia
teste Georgio Fabricio §, qvî tum Conrector fuit in hoc Informa-
torio, censa sunt id temporis in hac urbe hominum annos duo-
decim egressorum triginta duo millia, septingenti sexaginta tres,
qvî

in annalib.

*Freib. manu-
script. ad annum
1540.*

*Eadem Fleische-
us Consul notat
ad eundem an-
num.*

*et Munsterus in
Cosmographiâ p.
72*

*clut inter alios
iam Fenisius in
istor. urbis An-
bergæ lib 2. pag.
1. b.*

qui omnes salutarem illam & tot votis antehac expetitam escam
animis anhelabant famelicis; quò spectat, quod in solo templo
Basilico Sacro-sancta Eucharistia peragebatur. Quamvis n. tum
ipsemet Senatus Amplissimus, tum etiam alii e Reverendo Mini-
sterio, qui statim post Jacobum Schenkium in urbem nostram ad
docendam doctrinã Evangelii vocati erant Anno jam memorato
1537. nimirum Paulus Lindena, Concionator Aulicus, cujus Viri
pietatem, Zelum & eruditionem Adamus Siberus Poëta Clariss.
summo perè cõmendat: Item Bernhardus a Delen vir Nobilis,
Pastor in templo Petrino, & Thomas Pleuelius Pastor in æde Divi
Nicolai; quamvis inquam, ipse Senatus, & hi trium viri apud D.
Schenkium, qui Ephoriam & inspectionẽ in res Ecclesiasticas sibi
arrogabat, sæpius instarent, ut administrationem sanctæ Coenæ in
reliquis etiã templis admitteret, noluit tamen, nescio quã motus
philautiã & fastu homine Theologo indigno; unde factum demũ
est, ut a Satanã delusus in errores Antinomios incidere, eõsq; pu-
blicè hic spargeret, officium etiam pro libitu & magno cum scan-
dalo administraret; quæ res reformationi Freibergensi summo
fuit impedimento, donec tandem jubente Luthero Schenkius lo-
co suo remoueretur, & D. Justo Jonæ, M. Georgio Spalatino, & M.
Leonhardo Bejero Superintendenti Cygneo res ea ab Electore
Saxonix, rogatu Ducis Heinrici demandaretur, qui Anno Chri-
stiano 1538. circa festum Margaritæ bono cum DEO coeptam re-
formationem pertexebant, Monachis excucullatis, qui nomen
suum Confessioni nostræ assignaverant, de victu providebant, re-
liquos bonã gratiã dimittebant, & in omnibus templis sacra juxta
normam divini verbi instituebant, Parochis etiam in totã Diocce-
si seriò injungebant, ne missam ultra Pontificio ritu celebrarent.
Quo facto, quum D. Justus Jonas & Spalatinus publicè populum
aliquoties insuper monuissent, ut sibi ab erroribus Antinomorum
& somniis Jacobi Schenkii caverent, ad functiones suas redie-
runt, Superintendens verò Cygneus M. Leonhardus Bejer to-
tum anni quadrantem hic commemoratus est, & Ecclesie nostræ
præfuit,

x libr. 1. Epigr. p.

458.

præfuit, usque ad adventum M. Nicolai Hausmanni Freibergensis, Viri doctissimi & sanctissimi, cui e ditione Anhaladinâ, ubi Principum Aulicus fuerat Concionator, evocato, munia ἐφορίας in ulnas devolvebantur, sed fato non ita prospero; Quum enim officium orsurus in Basilicâ primam concionem haberet d. 3. Septembris Anno 1538. catarrho repentino suffocatus in ipso suggesto

Sermonis medium concidit inter opus, ut verba sepulcro ejus inscripta habent. Inde statim B. noster Wellerus, Theologus tentationibus atque exercitiis Spiritualium spectatissimus a Divo Luthero huc ablegabatur, quem paulò post seqvebatur Casparus Zeinerus successor Hausmanni piè defuncti, vir antiqva pietate & fide. His duobus post & secundum DEUM debemus puritatem doctrinæ Evangelicæ, & Ὁρθόδοξον rituum sacrorum, quibus etiamnum gaudemus & fruimur. Verùm eâ de re alibi copiosè ac datâ operâ agam. Jam quoniam tempus mihi assignatû diu præterlapsum est, ne abutar vestrâ in me audiendo benevolentiam, concludam, & quod restat, vota tabulis pro salute Ecclesiæ & Reipublicæ concepta & nuncupata, non tacita, sed manifesta suspendam.

Jova Pater, ter sancte Pater, fluit unde bonarum farrago rerum, faciles bonus exere vultus, & nostris pronas inclina questibus aures. En glomerantur adhuc decumana incendia belli pasta diu, saturata parùm, saturandâque forsan pluribus excidiis: Rabidum Italus ille furorem porrò Cacus furit, & vario conamine nostram molitur Solymen ex imo vertere fundo, idolisqve tuum surdis involvere nomen, nec tantùm nomen, sed & ipsum Numen & aras.

Ah Pater! ah compesce minas Pater optime tantas! atque tuum Verbum libertatèmqve tuorum, quos terrâ semel eduxti Babylonis amurcâ,

affere

gen- ubi
eias
nim
d. 3.
ipso
oster
itio-
atur,
aus-
post
e, &
frui-
Jam
utar
stat,
icu-
730 570
Ita hIC & In CœlestI eCCLesIa IVbILa
tIbI æterno pLavsV sonabIMVs!

affere contra æstus Ates Latialis iniquos.
Da faustè vigeat Ruta Electoria & Ensis
Saxonicus, pacem, pacem quam poscimus omnes
redde Pater, redde optatam de pace salutem,
atque bono vultu decursis hæctenus annis,
Augustana quibus Confessio claruit annis,
adde alios centum, ac alios superadiice centum,
& superadjectis centena tot addito secla,
quot numerabuntur donec promissa polorum
regna piis pandes, ut postuma turba nepotum,
& nostris olim suboles quæ surget in oris
sæpe pari repetat, sed non ignara parentum,
hæc repetat repetatque pari nova Jubila plausu!


Papa fremat, mundusque tremat, rumpatur Avernus,
si nos propugnans, Pater alme, pericula Martis,
Romanique Jovis rabiem, Stygiique Colubri
nil facimus furias: Sed Te sine funditus omnes
occidimus, sine Te nostra est spes quælibet ex spes.

Ergò juva! Tua res agitur, Tua gloria prostat!
O Pater! o Fili Patris! o Spirabilis Aura!
huc ades, & fatis bona fata annecte peractis!



offert contra reges & principes indy...
Deus...
Ex...
reddere...
steph...
An...
ad...
de...
pro...
regis...
de...
iste...
h...
L...
in...
O...
P...
D...

Incipit...
libellus...



Blank page from a manuscript.

offere
De
sere
tode
stave
An
ac
& h
pvo
regna
e no
hac
l
t
n
n
n
n
n



3/5. 537 a)

1072



Pon 9b 537, 2x

ULB Halle 3
004 535 898



f







Reverendâ dignitate, Am
sutum copiâ, multoq
&

Dn. M. ABRAHAMO GEN
REFFIO Superintenden

Dn. DANIELI THORSCHMI
DO Medicinæ Doctori
Poliatro:

Dn. M. ALBINO ULMAN
Jurium Candidato &
natori

In celebri metropolita
dignis

Fautoribus, Affinibus
colen

Reverende, Am
olim commendat
catum nactus, id
vir sui nominis v

tum (a) $\mu\alpha\lambda\acute{\alpha}\epsilon\iota\varsigma$ & $\Phi\epsilon\gamma\acute{\omega}\nu\nu\mu$
& apud Ælium Lampridium
Gallo Antipatro (c), & Probo
(d) Viri sui nominis vocantur
 $\acute{\omicron}\nu\omicron\mu\alpha\tau\acute{\epsilon}\gamma\epsilon\gamma\omega$ rebus assignata f
estimatione ponebant, & pro
tatis vel adversitatis; velut
expedivit, & aliquam multis
superiori seculo accinuerunt



is
bi-
eu
e-
is: (a) libr. 1. hist. Eccl.
na (b) in Severo.
um (c) apud Trebell.
mo lionem in D. Clau
(d) apud Vopiscu
mâ Probo.
ri-
ide
his
m- (e) libr. 7. miscell.
us,

